COMMENTATIO CRITICA
SISTENS
DVORVM CODICVM MSTORVM
BIBLIA HEBRAICA
CONTINENTIVM
QVI
REGIOMONTI BORVSSORVM
ASSERVANTVR
PRAESTANTISSIMORVM NOTITIAM,
CVM
PRAECIPVARVM
VARIANTIVM LECTIONVM
EX
VTROQVE CODICE
EXCERPTARVM
SYLLOGE
AVCTORE
D. THEOD. CHRIST. LILIENTHAL
S. THEOL. IN ACADEM. REGIOM. PROF. ORDIN.
ET AD AEDEM CATHEDRALEM PASTORE.

REGIOMONTI ET *LIPSIAE*
IMPENSIS HAERED. HARTVNG. ET ZEISII. MDCCLXX.

VIRO

ILLVSTRISSIMO

ATQVE EXCELLENTISSIMO,

DOMINO

CAROLO IOSEPHO

MAXIMILIANO

S. R. I. LIBERO BARONI

DE FVRST

ET KVPFERBERG,

AVGVSTISSIMI BORVSSORVM REGIS

ADMINISTRO STATVS ET IVSTITIAE INTIMO,

SVMMI PROVOCATIONVM TRIBVNALIS

PRAESIDI EMINENTISSIMO,

RERVM FEVDALIVM DIRECTORI,

REGIARVM ACADEMIARVM OMNIVM

CVRATORI SVPREMO

REL. REL.

DOMINO ET PATRONO MEO

GRATIOSISSIMO

S.

VIR ILLVSTRISSIME

ATQVE

EXCELLENTISSIME,

DOMINE GRATIOSISSIME!

Quibus inductus ſim rationibus, vt SPLENDIDO NOMINI TVO hoc qualecunque opuſculum

animo haud diffidente inscriberem, prolixe enarrare vix opus erit. Ad TE enim, cui ab Augustissimo Rege Academiarum sub Ipsius Sceptro florentium demandata est tutela, certatim accedunt, quotquot in spem Patriae succrescentem iuuentutem instruunt, et quae in aliquo scientiarum genere elaborata ab ipsis sunt, Tanti Arbitri limatissimo iudicio submittere sustinent. Nec, quae TVA est generosa virtus, et in eos qui de litteris bene mereri cupiunt singularis beneuolentia, spernere soles conamina deuota mente TIBI commendata. Quod igitur alii ausi sunt, mihi etiam

lice-

licere existimaui, et spem facile concepi, non aegre TE *esse laturum, si adeptam nunc tandem arripiam opportunitatem,* TIBI DOMINE INDVLGENTISSIME, *aliqualem gesti hucusque pro virium modulo muneris reddendi rationem, ipsoque opere probandi, nondum post triginta fere annos, quos in hac Academia assidue docui, omnem extinctum in me esse ardorem, quocunque modo, voce pariter ac scriptis, Theologiae cultores in perscrutatione eorum, quae ad sanctioris disciplinae vel constitutionem spectant, vel ornamenta, iuuandi.*

 Vide-

Videtur quidem libellus, quem nuncupatum TIBI venio, paulo aridior, quam TVA postulat dignitas; TVVM tamen haud reformidat conspectum. TVVM inquam, cuius potissimum auspiciis mandatum ordinis theologici Professoribus iniunctum est, vt labores suos publicos ita conformarent, quo irruenti apud multos incredulitati obuiam eatur. Semper hoc curae cordique mihi fuit: adeo vt ex praelectionibus, quas dudum contra antiscripturarios habui, opus illud enatum sit, cuius iam XIII. partes in lucem publicam emissae sunt, vlterius si Deo ita visum fuerit

con-

continuandum. Sed praesens non minus commentatio eo potissimum fine conscripta est, vt clarissime pateat, sacrorum oraculorum textum tanta neutiquam laborare vel incertitudine vel obscuritate, ac eius aduersarii praetendunt. Accedit, quod eo ipso simul documentum quoddam exstare voluerim, nec in nostra Vniuersitate litteraria deesse occasionem in liberali eruditione theologica proficiendi; dummodo plures inuenirentur, qui ad eam adspirarent, docentiumque excitarent studium.

Vultu igitur ſereno recipias MAECENAS GRATIOSISSIME, *hoc quicquid eſt muneris litterarii, quod quanta poſſum ſubmiſſione* TIBI *offero, mentis ſimul Virtutes* TVAS *ſumma veneratione proſequentis teſſeram. Hunc, quem multis mihi nominibus promitto fauorem, ſi conſequutus fuero; deſideriis meis abunde ſatisfactum eſſe exiſtimabo. Quid enim magis animum mihi addere poſſet, in eo quod decurrendum mihi eſt ſtadio, alacriter progrediendi, quam ſi comperuero,* TIBI *qualiacunque conamina mea haud prorſus diſplicuiſſe?*

De-

Deum immortalem ſupplex venerari nunquam deſinam, vt TE inter tot grauiſſimas pro Reipublicae ſalute curas, ſaluum ſemper ſeruet, et per varios perpetuae felicitatis viciſſitudines ad extremam quam mortales aſſequi modo poſſunt perducat metam, conſilia TVA, *quibus tum publica procuras commoda, tum noua indies Academiis accedere iubes ornamenta, praeſtantiſſimis euentibus ſecundet, omnia denique quae ab eius Numine exſpectare vnquam poteris,* TIBI TVAEQVE SPLENDIDISSIMAE DOMVI *vberrime largiatur.*

Nihil

Nihil caeterum prius nihilque antiquius habebo, quam vt exoptatiſſimo TVO, quo me in poſterum tueri velis, patrocinio haud penitus indignum me eſſe, quouis modo demonſtrem.

ILLVSTRISSIMI
ATQVE
EXCELLENTISSIMI
NOMINIS TVI.

Regiomonti
d. XIX. Martii
CIϽIϽCCLXX.

cultor et cliens obſeruantiſſimus

THEOD. CHRIST. LILIENTHAL.



PRAEFATIO.

E re mea fore iudicaui, ſi quaenam ſuſcepti huius laboris fuerit ratio, in ipſo eius limine exponam: maxime quum praeter ſpem fere et exſpectationem ad eum acceſſerim. Eadem nempe occaſio, quae per plures retro annos aliis incitamento fuit, in Textum V. T. Hebraicum ſtudioſius inquirendi, mihi etiam calcaria addidit, vt ad hanc cauſam attentius animum aduerterem, et ſpeciatim Codices MStos hic loci inueniendos maiori cum cura perluſtrarem, ac antea factum erat, vbi praeconcepta adhuc vigeret opinio, de miro poſt ſtupendam Maſoretharum in recenſendo Textu diligentiam, omnium exemplarium conſenſu. Detexit non ſolum, vt nemini ignotum eſſe

poteſt,

poteſt, errorem hunc Vir Celeberrimus BENIAMIN KENNICOTTVS, verum etiam conſilium ſuum de conferendis omnibus quotquot hodie in Bibliothecis vel alibi inueniuntur Codicibus, cum orbe erudito communicauit, editis Anno ſaeculi huius LIII. et LIX. duabus Diſſertationibus doctiſſimis, ſub titulo; *The State of the Printed Hebrew Text of the Old Teſtament conſidered.* Quod inſtitutum, quum multis probaretur, nec deeſſent Maecenates aliique Viri egregii, qui ſumtus ad tantum opus perficiendum neceſſarios laudanda liberalitate ſuppeditarent; ante decennium ipſum negotium aggreſſus eſt, cuius ſucceſſum ſub finem cuiuslibet anni peculiari relatione typis exſcripta declarauit. Contigit, vt ea, quae exeunte A. 1764 prodierat, in conſpectum mihi veniret: ex qua quum inſignem inſtituti progreſſum cognouiſſem, pluresque non in Anglia tantum, ſed diſſitiſſimis etiam regionibus collatos iam eſſe Codices, immo ſpem eſſe haud improbabilem, fore, vt hoc ipſo iam Ao. 1770 totus Variantium Lectionum apparatus in commune religionis emolumentum in lucem prodiret publi-

publicam; illico mentem subiit cogitatio, duorum Codicum MSS. quos Bibliothecae Regiomontanae possident, recensionem diutius differendam non esse, quo lectionum varietates in iis obuiae stato adhuc tempore Operi KENNICOTTIANO inseri possent.

Aliis quidem in hoc studiorum genere magis exercitatis, et quibus plus forsan otii suppeteret hunc laborem libenter reliquissem, si vt eum in se susciperent precibus meis dare voluissent. Iis vero molestiam negotii (quam haud exiguam esse nemo harum rerum peritus ignorat,) pertimescentibus; non potui, quin ipse tandem manum operi admouerem, et quid humeri valerent periculum facerem. Mearum enim id esse partium ideo arbitratus sum, quia Bibliothecae Senatus Regiomontani cura mihi commissa prohibere videbatur, ne paterer, vt Codex iste MStus quem ceu insigne κειμέλιον tenet, sine vsu sepultus maneret. Alacri proinde animo rem aggrediens, initio MStum modo laudatum excussi, scriptionisque discrepantias ea qua potui accuratione extraxi. Quo labore defuncto, Bibliothecae etiam Regiae

Codicem pari diligentia contuli, qui maiorem adhuc Variantium Lectionem ſuppeditauit meſſem. Recenſionem vero inſtitui ad normam Bibliorum Halenſium, Ao. 1720. cura celeberrimi olim Theologi Io. HENR. MICHAELIS editorum: quippe quae editio, vt quoad textum cum IABLONSKIANA conſpirat, ita vnica adhuc fuit, in qua Variae Lectiones ex artis Criticae praeſcripto exhibitae leguntur. In ipſa collatione ita verſatus ſum, vt ſtudioſe annotauerim, quaecunque in duobus MSS. noſtris aliter leguntur, ne exceptis quidem minutiis, immo lectionibus oppido vitioſis: quum exinde quoque, qualis ſit Codicum ratio, facilius diiudicandum ſit, vt Critici monent. Hanc ἀκρίβειαν adhibendam putaui, non tantum ratione literarum ſiue conſonantium, verum etiam in punctis vocalibus: quae, ſi vel maxime diuinae non ſint originis, potius inuentum ſerius Iudaeorum; tamen ideo negligenda non ſunt, quoniam fatentibus ipſis eorum contemtoribus antiquiores ſunt, quam vllus Codex MS. qui ad noſtrum vſque aeuum peruenit: adeo, vt inde cognoſcatur, qualis tum temporis fuerit traditio de genuina vo-

vocum istarum lectione, quae absque vocalibus ambiguae saepius sunt significationis. Accentuum vero ab editionibus impressis diuersitatem, si vnum alterumue locum controuersum exceperis, studio praetermisi. Totam hanc Variantium Lectionem farraginem circa finem A. 1768. Cel. KENNICOTTO transmisi: qui etiam litteris humanissimis d. 4. Maii 1769 ad me datis, se eam accepisse, gratamque sibi fuisse meam in colligendis illis operam, significauit, simul vero spem fecit, eas suo tempore Operi quod parat consummatissimo inserendi.

Sic finis, quem initio mihi proposueram obtentus videbatur. Interea quum obseruassem, in collectis hac ratione lectionum diuersitatibus haud paucas esse, quae variis S. Scripturae locis lucem aliquam foenerari possent, eruditorum adeoque attentione non prorsus indignas; facile accidit, vt separatim eas publici iuris faciendi caperem consilium: quod etiam, adductis quibusdam speciminibus, indicaui in praefatione Partis XIII. *der guten Sache der Göttlichen Offenbarung*, exspectaturus, num forsan illud pro-

baretur idoneis conatuum in ſanctioris diſciplinae reique litterariae incrementum ſuſceptorum arbitris. Nec defuerunt, qui obſeruatorum editionem ſuaderent, inque illis potiſſimum Cel. Ioh. Avg. Ernesti T. *IX. der neuen Theologiſchen Bibliothek*, p. 5. qui haud abs re fore iudicavit, ſi eas quantocius cum orbe erudito communicarem: vt interea temporis iſta collectione qualicunque vti poſſent ſacrorum oraculorum cultores, donec tandem abſoluto labore ſuo, Opus diu exſpectatum in publicam lucem prodire iuberet Kennicottvs. Acceſſit cogitatio, pauciſſimis apud nos datum eſſe, Opus tam ſplendidum et ſumtuoſum, quale, vt nemo non facile praeſagire poteſt, *Kennicottianum* illud erit, frequentare, nedum ſibi comparare. His ergo inductus motiuis, ad conſcribendum libellum, quem tibi nunc L. B. ſiſto, manum ſtatim admoui: in quo conficiendo quomodo verſatus ſim, breuiter exponam.

Praemittenda ante omnia erat vtriuſque Codicis plenior penitiorque deſcriptio. In quo negotio conſilio ſimul vſus ſum Collegae coniun-

iunctiſſimi Georg. Dav. Kypckii, LL. OO. in Albertina noſtra Profeſſoris Ordinarii; maxime in legendis et felicius interpretandis notulis illis, quae hinc inde a variis Codicum poſſeſſoribus, charactere in vulgari Iudaeorum ſcriptura vſurpari ſolito, adiectae ſunt, multum vero ad hiſtoriam horum MSS. faciunt: cui pro egregio illo quod perlibenter mihi praeſtitit auxilio, publicas vti decet refero gratias. Minutiora fateor quaedam ſunt, quae in hac deſpriptione occurrunt, quam vt peritiorum mererentur attentionem. Sed circumſtantiarum quoque, quae forſan nonnullis parui momenti et ſuperfluae videbuntur, notitiam ſuppeditare malui, quam quidquam omittere, vnde interior MStorum indoles, et quodnam illis ſtatuendum ſit pretium, perſpici poſſet.

Sequuntur ipſae Variae Lectiones, in quibus a textu impreſſorum, quem Maſorethicum vocare ſolent, abeunt Codices noſtri: et quidem ſecundum ſeriem librorum Biblicorum in ipſis Codicibus obſeruatam; addito in fine libri indice neceſſario. Non tamen omnes excitare hic

volui; ſed delectu habito non niſi inſigniores, illas praeſertim, quae ſenſum quodammodo adficiunt, ſaltem ad felicius dignoſcendam Codicum naturam et librariorum conſuetudinem aliquid conferre videntur. Recenſui vero non illas ſolum lectiones, quas ipſe Scriba in textum receperat; verum etiam correctiones a Punctatore aliiſque Criticis ſeriori manu additas. Singulas autem Varias Lectiones ex prima collectione mea extractas et in hac Sylloge exhibendas, iterata vice cum Codicibus noſtris attente contuli: eum in finem, vt eo maiori certitudine ſpondere poſſem, reuera illas ibidem eſſe inueniendas.

Iſtae imprimis lectiones ab impreſſis exemplaribus diſcedentes attentionem merentur, in quibus plures conſentiunt Codices librique ex iis immediate deſumti: quum haud facile pro meris ſcriptionis vitiis haberi poſſint, quia vix probabile videtur, varios diuerſi temporis librarios, vnum eundemque errare potuiſſe errorem. Proximus hinc labor meus fuit, excerptas Varias Lectiones cum iis conferendi, quas vel alii Codices MSS. vel Verſiones antiquae exhibent: immo

immo in eiuſmodi editionibus excuſis inuenien-dis, quae non ſtricte ſequuntur Textum Maſo-rethicum, ſiue ante R. IACOB. BEN CHAIIM editio-nem A. 1526 typis exſcriptam lucem adſpexerint, ſiue conſultis ſaltem aliis exemplaribus, quae ille nondum vſurpauerat. In ſingulis igitur locis, vbi talem conſenſum cum noſtrorum Codicum lectione deprehendiſſem, eas laudare vel Codi-ces, vel Verſiones, vel denique editiones haud intermiſi, quorum auctoritate illa confirmari videbatur. Sequentes vero, quos ipſe inſpexi et eum in finem perluſtraui, ſubſidio mihi fuerunt libri:

1) Duo Codices MSS. Regiomontani, quos in-ter ſe contuli. Plura enim exſtant exempla in quinque Megilloth, Haptharis et Iobo, vbi vnam eandemque exhibent lectionem ab impreſſis diſcedentem.

2) Pentateuchus Samaritanus, Paraphraſis Chaldaica, Verſioneſque Septuagintauiralis pariter ac Vulgata, nec non Syriaca, Arabica et quoad Pſalmos Aethiopica, prouti in Bibliis Polyglottis Londinenſibus inueniun-

tur; collato ſimul Pſalterio Syriaco ex recenſione THOM. ERPENII.

3) Interpretum Graecorum, *Aquilae*, *Symmachi*, *Theodotionis*, caeterorumque quos olim continebant Hexapla ORIGENIS, quae ſuperſunt fragmenta, ex nupera editione S. R. CAR. FRID. BAHRDTII.

4) Pentateuchus cum quinque Megilloth, literis maiuſculis quadratis, cum Commentario *Raſchii* Pragae A. 1518 in Fol. impreſſus. Egregia haec immo ſplendida editio lucem adſpexit impenſis quinque Typographorum, quorum nomina in fine libri deſignata ſunt. Cuilibet etiam Paraſchae ſubiuncta eſt Haphtara eidem conueniens, additis reliquis ad calcem voluminis Haphtaris. Mentionem eius facit IO. CHR. WOLFIVS Tom. 2. Bibl. Hebr. p. 386. In catalogo vero Codicum a Bibliorum Halenſium editoribus collatorum non inuenitur: id quod etiam valet de ſequentibus editionibus.

5) Pſalterium in IV. linguis, Hebraea, Graeca, Chaldaica (vel potius Aethiopica,) et Latina,

ſtu-

ſtudio Ioh. Potken Colon. 1518. Fol. Conf. Wolfivs l. c. p. 358.

6) Biblia Hebraica in 4. tertio impreſſa, Venetiis, coepta Ao. 1525 et abſoluta Ao. 1528. opera *Cornelii bar Baruch Adelkind* in aedibus Dan. Bombergii. Vid. Wolfivs l. c. p. 367. Exemplar quod contuli, integrum illud eſt Bibliothecae Palaeopolitanae, ſiue Senatus Regiomontani, cuius ibidem p. 368. mentionem fecit Wolfivs, quoque olim vſus eſt dictae Bibliothecae conditor Ioh. Poliander, cuius etiam manu varia in margine annotata ſunt. Prima pars continet Pentateuchum et quinque Megilloth, altera Prophetas priores et poſteriores, tertia denique Hagiographa. Numerus vero cum Octernionum tum foliorum in ſecunda et tertia parte continuatur. Vnde conſequitur, tres illas partes vnicum modo conſtituere volumen; quod compendii gratia vbiuis ita allegaui: *Edit. Bomb.* 1525.

7) Pentateuchus Hebraeo-Chaldaeo-Perſico-Arabicus, CPoli A. 1551 vel potius 1546 in domo *Elieſer Berab Gerſon Soncinatis* ex-

cuſus. Vid. Wolfivs l. c. p. 354. Exemplar, quo vſus ſum, exſtat in Bibliotheca Senatus; ſed ab initio et in fine mutilum. Incipit enim a verbis: את־בכרתך לי, Gen. XXV. 31. et deſinit verbis: - - ומשה בן־מאה במתו. Praeterea aliquot etiam folia in medio deſiderantur. Sed ex hoc opere vnicum tantummodo locum illuſtrationis gratia allegare potui.

8) Biblia Hebraica eleganti charactare impreſſa, ex recenſione Menasseh *ben* Israel. Amſtel. 1635. in 4. vt habet titulus generalis. Vid. Wolfivs l. c. p. 377. Singulae tamen quatuor eius partes, quarum prima exhibet Pentateuchum et 5 Megilloth, ſecunda Prophetas priores, tertia poſteriores, et quarta Hagiographa, impreſſae iam ſunt Ao. 1631.

Sed aliorum quoque in vſus meos conuerti collectanea, qui hactenus vel integros Codices MSS. data opera recenſuerunt, vel ſpeciminis tantum loco hinc inde excerptas lectionum varietates propoſuerunt. Horum proinde teſtimonio nixus, ad diuerſos ſaepiusprouocaui Codd. MSS.

MSS. cum noſtris in hac vel illa lectione conſentientes, quos oculis vſurpare mihimetipſi non contigit. Indicem eorum exhibeo: quo lectores vno quaſi obtuitu ſciant, ex quibuſnam MStis Variantes Lectiones allegatae hic ſint, et vnde eorundem notitiam hauſerim. Sunt vero ſequentes:

1) Quinque Codices membranacei MSS. Erfurtenſes, ex quibus Bibliorum Hebraicorum Halenſium editio adornata fuit, peculiari Diſſertatione ſub Praeſidio Io. HENR. MICHAELIS A. 1706 habita deſcripti: quorum Variantes Lectiones in editione modo laudata inueniendae ſunt.

2) Codex MS. in Bibliotheca publica Gymnaſii Dauentrienſis adſeruatus, continens Prophetae Ieſaiae partem, inde a Cap. XXXVII. 21. Ezechielem et Prophetas minores: quem deſcripſit omneſque eius varias lectiones retulit *Rev.* A. F. RVCKERSFELDER, in *Sylloge Commentationum et Obſeruationum Philologico Exegeticarum et Criticarum* Dauentr. 1762 typis exſcripta, Faſc. I. N. 2.

3) Co-

3) Codex ille Bibliothecae Academicae Helmstadiensis, qui complectitur Pentateuchum, inde a Gen. XXVII. 36. quinque Megilloth et Haphtaras, cuius delineationem et collectas inde singulas varias lectiones debemus Cl. GEORG. IOH. LVD. VOGELIO. Annexae vero sunt versioni latinae Dissertationis secundae *Kennicottianae super ratione Textus Hebraici* Lips. 1765. a S. R. GVIL. ABR. TELLERO editae.

4) Codex Berolinensis integra exhibens Biblia Hebraica in quatuor voluminibus in Folio maiori: ex quo sat multas Varias Lectiones allegauit Cl. BENI. GVIL. DAN. SCHVLTZE in *der vollständigen Kritik über die gewöhnlichen Ausgaben der hebraeischen Bibel.* Berol. 1766. 8.

5) Codex Dessauiensis, qui duobus Voluminibus itidem vniuersa Biblia comprehendit; vnde aliquot lectionum discrepantias in Praefatione ad Biblia Hebraica Berol. 1699 a se edita excitauit DAN. ERN. IABLONSKI.

6) Codex Cassellanus membranaceus; in quo exstant Pentateuchus et Hagiographa. Accura-

ratiſſime eum deſcripſit *Rev.* IOH. GEORG. SCHIEDE, in *Obſeruationum ſacrarum Biga*, Bremae 1748 edita; ſed paucas tantummodo data occaſione adduxit Varias Lectiones. Nonnullas tamen huius Codicis lectiones apud alios allegatas inueni, cum noſtris Codicibus conſentientes.

7) Codex Dreſdenſis a IOH. GOTTL. CARPZOVIO in *Critica Sacra V. T. Part. I. Cap.* 8. §. 3. *p.* 382. et nuper a S. R. CAR. FRID. BAHRDTIO peculiari Proluſione Lipſ. 1767 edita, deſcriptus. Omnes quidem continet V. T. libros; ſed pauciſſimas tantummodo ex eo allegare potui Varias Lectiones, quas in diuerſis libris commemoratas inueni.

8) Codices quidam Anglicani, quoad Varias Lectiones, quorum paſſim, tum in duabus Diſſertationibus ſuper ratione Textus Hebraei, tum in aliis ſcriptis ſuis mentionem fecit Cel. KENNICOTTVS.

9) Codices tandem nonnulli Pariſienſes, e quibus Ao. 1765 ſq. Varias Lectiones Pſalmorum excerpſit IOH. AVG. STARCKIVS, Profeſſor

nunc

nunc LL. OO. Extraord. in Academia nostra designatus. Specimen earundem quoad Psalmum LXVIII. et CXLIV. Anno superiori publici iuris fecit; in *Sylloge Commentationum et Obseruationum Philologico-Criticarum*, Vol. I. N. 2 et 3. Totius vero collectionis suae vsum amice mihi concessit: ex qua plures in Psalmorum libro occurrentes Varias Lectiones mutuatus sum, quae in nostro etiam inueniuntur Codice Regio. Accipe MStorum quae excussit Vir Clarissimus Catalogum. Ex Bibliotheca Regia Parisina collatus ab eo est: *α*) Cod. XVI. in quo praeter partem libri Iosuae, inde a Cap XII 20. exstant liber Iudicum et vterque Regum, Ieremias, Ezechiel, Iesaias, Prophetae minores et Hagiographa. *β*) Cod. XVIII. membr. saeculo vt putatur duodecimo scriptus, in quo praeter Psalmos, conspiciuntur Ruthae libellus, Canticum Canticorum, Threni, Ecclesiastes, Esther, Iobus, Daniel, Esra cum Nehemia. *γ*) Cod XXVII. membr. in 4. omnes complectens libros Biblicos V. T.

scri-

ſcriptus A. C. 1232. δ) Cod. XXIX duodecimi vt refertur ſeculi, vniuerſa continens Biblia Hebraica. ε) Cod. XLVIII. in membrana in 4. exaratus, Toleti A. C. 1198. in quo leguntur Paralipomena, Pſalmi, Iobus Prouerbia, Ruth, Canticum Canticorum, Eccleſiaſtes, Threni, Eſther, Daniel, et vterque Samuelis liber, vſque ad 2 Sam. XI, 24. Ex Bibliotheca vero Sorbonae Varias Lectiones ipſi ſuppeditarunt: α) Cod. XXIX. duodecimi vt aiunt ſaeculi, continens Hagiographa, et quidem eodem ordine, quo a Thalmudiſtis in *Bava Bathra* recenſentur. β) Cod. XXXI. cuius aetas probabili coniectura refertur ad Saeculum XI. quique complectitur Pſalmos a v. 15. trigeſimi uſque ad Pſ. CIX. 90. Praeterea vltima Iobi capita, Prouerbia, Ruth, Canticum Canticorum, Eccleſiaſten, Threnos, Eſther, Danielem, Eſrae librum et priora Nehemiae capita. γ) Denique Cod. XXXII. membr. in 4. minori, punctis vocalibus non inſtructus, et decimi vt videtur ſaeculi. Continet vero ſolos Pſalmos, cum Prouer-

uerbiis. In fine quidem libri exstat Commentarius R. *Sal. Iarchii* in Prouerbia; sed manu longe seriori adscriptus.

Praeter Codices MSS. ab aliis collatos, imprimis subsidio mihi fuere Variae Lectiones in rarissima illa Bibliorum Hebraicorum editione obuiae, quae opera *Gersonis ben Mose Soncinatis* Brixiae A. 1494 in 8. minori prodiit. Singulari studio eas extraxit et cum orbe litterario communicauit Clar. B. G. D. SCHVLTZE, in tractatu supra laudato: *Vollständige Kritik über die gewöhnlichen Ausgaben der hebraeischen Bibel*, Ber. 1766. qui etiam Class. I. *Bibliothecae Haganae Fasc.* 2. *Num.* I. earundem addidit spicilegium. Vtramque relationem adhibui: ex qua cognoui, editionem *Gersonianam*, qua in adornanda Versione sua Germanica olim vsus est b. *Lutherus*, in compluribus locis cum MSS. Regiomontanis consentire. Nec illas prorsus neglexi editiones, quarum vel LVD. CAPPELLVS mentionem fecit, in *Critica S.* passim, vel quae comparatae iam olim sunt a Bibliorum Halensium editoribus; si ad confirmationem lectionum vtriusque Codicis nostri aliquid facere videbantur. Mi-

Minime quidem probanda eſt Criticorum illorum audacia, qui ſine vrgente neceſſitate textum ſacrum ex ſolo ingenio reſtituere ſatagunt. Non tamen omnes illico contemnendas eſſe ſcio, vel prorſus reprobandas coniecturas, quae locis maxime obſcurioribus, idque in libro adeo vetuſto, vt Codex Hebraeus eſt, aliquam lucem accendere poſſunt: quae ne quidem merae coniecturae manent, ſimul atque exemplarium ſcriptorum bonae notae fide fulciuntur. Silentio igitur praeterire non potui, ſi animaduertiſſem, alios iam antehac certas lectiones in Codicibus noſtris expreſſas ſubodoratos eſſe: id quod ipſo Luthero in adornanda V. T. interpretatione saepius contigiſſe, obſeruat Cel. Io. Dav. Michaelis in *Praef. nouae Verſionis Germanicae Iobi*, et plura Recenſionis noſtrae exempla docebunt. Sed nec in Lvd. Cappelli *Critica ſacra* felices eiuſmodi deſunt coniecturae, fide Codicum noſtrorum nunc confirmatae: quas adeoque ipſis eiuſdem verbis adferre aequum iudicaui. Eodem etiam conſilio ex Franc. Hare Epiſcopi Ciceſtrenſis *Pſalmorum libro in verſiculos metrice*

 diui-

diuiſo, ſcripto non vbiuis obuio, nonnullā allegata a me ſunt.

De Variantium Lectionum in Codicibus noſtris inueniendarum valore, meum ſubinde adieci qualecunque iudicium. Non quod eas ſimpliciter vulgaribus ſurrogandas putauerim; ſed vt appareat, eas ſaepe aeque bonas eſſe, quam in editionibus impreſſis occurrentes, interdum etiam verborum conſtructioni vel contextui magis conformes, adeoque non ſine probabili ratione praeferendas: maxime ſi accedat plurium vel Codicum vel Verſionum antiquiorum conſenſus. Nondum quidem generales eiuſmodi habemus Canones Criticos, ex quorum praeſcripto bonitas lectionum Codicis Hebraei in quouis caſu obuio ſatis tuto diiudicari, earundemque pretium citra formidinem oppoſiti aeſtimari queat: immo partium proderet ſtudium, qui nondum collatis ſingulis omnium quotquot haberi poſſunt Codicum teſtimoniis, dictatorium de certa lectione caeteris anteponenda ferre vellet iudicium. Negari tamen nequit, non deeſſe plura talium lectionum exempla, quarum praeſtan-

ſtantia primo quaſi obtuitu ſatis clare eluceſcit: adeo, vt nemo facile negauerit, eas vulgaribus palmam praeripere, praeſertim commodam explicationem vix admittentibus. De his igitur pariter ac iis, quae admodum plauſibiles mihi viſae ſunt, ſententiam meam vno vel tribus verbis indicaui; reliquas maturiori aliorum iudicio relinquere malui.

Ne nimis ſterilis videretur pertractatio, notulas paſſim inſerui ipſum oraculorum diuinorum ſenſum concernentes. Studio tamen parcus in iis fui; licet plura ſaepius non ſine omni vtilitate dici potuiſſent. Sed proſpiciendum erat, ne in nimiam molem excreſceret libellus.

Quemadmodum is, cuius ex parte ſumtibus hocce opuſculum prodiit, Vir honeſtiſſimus, nihil praetermiſit eorum, quae ad externum eius ornatum aliquid conferre poterant; ita imprimis curauit, vt Typothetam haberem oculatiſſimum et in hebraicis non prorſus hoſpitem: quo factum, vt in primum adeo plagellarum ectypon pauciſſima irrepſerint menda, haud difficili negotio corrigenda. Ipſe tamen eius operas, antequam

excuderentur, inſpexi, et omni qua potui attentione prouidere ſtudui, ne ſphalmata ſupermanerent, quae vel ſenſum turbare, vel quoad ipſas lectionum varietates dubium relinquere poſſent lectorem: probe gnarus, ſi vnquam alibi, certe in huiuſmodi ſcriptis, accurationem admodum eſſe neceſſariam; quamuis in tanta rerum copia et varietate, vbi minutiſſima quaeque ſunt conſideranda, vt omnes praecaueantur errores, humana vix permittat imbecillitas.

Quod reſtat, ingenue confiteor, primum hoc eſſe diſquiſitionum Criticarum a me ſuſceptarum ſpecimen: et vt mecum habitare conſueui, ita ab ea prorſus alienum me eſſe proteſtor perſuaſione, ac ſi vbiuis rem acu tetigiſſem. Obſeruata cum peritioribus communicare animus fuit: quos aequos me habiturum ſpero iudices, qui laborioſae ſaltem collectionis laudem mihi non denegabunt, erranti facile ignoſcent, voluntatemque de re Critica bene merendi pro ipſo facto accipient. Scrib. Regiomonti Boruſſ. d. XIV. Martii CIƆIƆCCLXX.

SECTIO

SECTIO I.

CODICIS MSTI IN BIBLIOTHECA SENATVS DESCRIPTIO.

§. 1.

Auctores qui de hoc Codice exposuerunt.

Non plane ignotum fuit orbi erudito, Bibliothecam Senatus Regiomontani possidere Codicem MStum Pentateuchi aliarumque V. T. partium Hebraicum. Breuem iam eius mentionem fecerant *Noua Litteraria Lipsiensia* A. 1718. p. 384. Deinde vero ex relatione celeberrimi quondam Professoris Petropolitani THEOPH. SIEGFR. BAYERI, tum temporis adhuc dictae Bibliothecae Praefecti, vberiorem eius notitiam dedit IOH. CHRISTOPH. WOLFIVS, *Part. 2. Biblioth. Hebraeae Sectione* 3, vbi MSta Biblica antiquioris vel recentioris aetatis, quae ad-

huc supersunt recenset, p. 298. Tandem nec Cel. BENI. KENNICOTTVS in locupletiori MStorum quae vel vniuersa Biblia Hebraica vel eorundem partes continent Catalogo, quem exhibet in libro: *The State of the printed Hebrew Text of the Old Testament considered, Diss. 2. Cap. 5.* Codicem nostrum praetermisit; potius p. 527. tale MStum Regiomonti asseruari ex WOLFIO commemorauit. Operae tamen pretium esse iudicaui Codicis notatu dignissimi paulo prolixiorem delineationem exhibere, singulas eius circumstantias indicare, historiamque eius addere: quo et quale eidem statuendum sit pretium luculentius appareat, et quae in descriptione *Wolfiana* non satis accurate posita sunt corrigi queant.

§. 2.

Contenta Codicis quoad Textum Hebraeum.

Continet vero Codex noster 1) Pentateuchum Hebraicum cum Paraphrasi Chaldaica *Onkelosi*, alternis versibus Textui si pauca exceperis exempla subiuncta: 2) Quinque libellos Festales, nimirum Canticum Canticorum, Ruth, Threnos, Ecclesiasten et Esther: 3) Haphtaroth, siue Pericopas ex Prophetis collectas: 4) Iobum, et quidem a Cap. III. 2. vsque ad Cap. XLII. 6. incl. στιχηδὸν scriptum: 5) denique Pericopam a vers. 29. Cap. II. Ieremiae vsque ad vers. 5. Cap. XI. inclus. in qua etiam Pericopa, Haphtara pertinens ad diem nonam in Abh mense, quae in praecedente Haphtararum serie omissa erat, et incipit Ier. VIII. 13. sub peculiari inscriptione id indigitante exhibetur, indicato simul eius fine Cap. IX. 23. De Haphta-

ris

ris ſiue lectionibus Propheticis in genere notandum, eas hic conſtitutas eſſe ſecundum ritum potiſſimum Germanorum: id quod tum ex catalogo earundem inter Varias Lectiones infra exhibendo, tum imprimis ex Haphtara illa patet, quae reſpondet Paraſchae XLIII. אלה מסעי Num. XXXIII. 1. Haec enim ex ritu Hiſpanorum pariter ac Germanorum deſumta eſt ex Ier. II. 4-28. ita vt Hiſpani tranſilientes adiiciant v. 1. et 2. Capitis quarti, Germani vero v. 4. eiuſdem Capitis (*); quod vltimum in noſtro etiam Codice obſeruatum eſt. Interea ad Haphtaram Paraſchae XXXIII. בחקתי reſpondentem, quae alias incipit Ier. XVI. 19. et explicit Cap. XVII. 14. hic adhuc adiiciuntur verſ. 15-20. 25. licet v. 15. 18-20. et 25. punctis inſtructi non ſint, et manus ſerior ad v. 14. in margine ſcripſerit: כאן סיוב הפטרה *hic explicit Haphtara.* Porro Haphtara reſpondens Paraſchae XLI. פנחס hic deſumta eſt ex Ier. I. 1. vſque ad Cap. II. 3. ad quam alias refertur 1 Reg. XVIII. 46. vſque ad Cap. XIX. 21. Haec vero Pericopa hic conſtituit Haphtaram pertinentem ad Paraſcham מטות, vbi ſecundum ritum Hiſpanorum pariter ac Germanorum alias legitur Ioſ. I. 1. vſque ad Cap. II. 3.

§. 3.

Quoad Paraphraſin Chaldaicam.

De Paraphraſi Chaldaica obſeruandum, eam non ſolum punctis vocalibus verum etiam accentibus munitam, caeterum ſingulis verſiculis Textus Hebraici ſubiunctam eſſe, exceptis iſtis verſiculis, qui

(*) Vid. *Biblia Polyglotta Londinenſia, Tom. 6. Tract. I. p. 16.*

qui nil fere praeter nomina propria continent, eadem ratione in lingua Targumica ſonantia: quod etiam ad Gen. X. 2. 3. 4. 6. 7. in margine indicauit vnus ex Codicis noſtri poſſeſſoribus Iudaeis. Ob eandem rationem Targum deeſt v. 22. 23. 27. 28. eiuſdem Capitis. Item Cap. XXII. 22. XXV. 4. 13. 14. XXXV. 24. XLVI. 9. 11. 13. 14. 16. 21. 23. 24. Exod. I. 2-4. VI. 21. 22. et Num. XXVI. 8. Similiter deſideratur ad verſiculos in antecedentibus iam iiſdem fere verbis occurrentes, vt Exod. VI. 10. item Num. I. 24. 26. 28. 30. 32. 34. 36. 38. 40. 42. vbi tamen alia manu in margine adſcriptum cernitur. Idem valet de Num. VII. 25. ſqq. in quo Capite oblationes principum plane ſimiles commemorantur; ita vt Targum tantummodo iis verſiculis a librario additum ſit, in quibus exſtant nomina principum. Ad benedictionem ſacerdotalem Num. VI. 24. 25. 26. Scriptor Codicis primarius itidem ſtudio omiſiſſe Targum videtur; quod tamen alia manu in margine additum eſt, quamuis punctis haud inſtructum. Notam enim marginalem quidam poſſeſſorum Codicis adſcripſit literis Rabbinicis rotundis, in qua ex illa precum formula quae vocatur שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה, et quidem ſequentibus eius verbis: *benedic nobis per benedictionem quae triplicata inuenitur in lege*, probare vult, hanc benedictionem nullum habere Targum, potius tribus vicibus verba Textus eſſe pronuncianda. Quamuis vero vt plurimum alternis verſibus Textus Hebraeus et Paraphraſis Chaldaica ſibi ſuccedant; excipienda tamen ſunt quaedam loca. Nimirum

mirum Exod. XIV. 29 - 31. et Cap. XV. 1 - 22. vbi Canticum Mosis metrice scribendum paginam fere totam implet, Targum post totam demum illam pericopam additur. Similis est ratio Cantici Deut. XXXII. 1 - 43. vbi commata Textus Hebraei sequentia vsque ad v. 47. paginam explent, quibus finitis Targum in vna serie exhibetur. Porro Exod. XX. Targum singulis praeceptis Decalogi longioribus subiungitur, nempe post v. 3 - 6. et post v. 8 - 11. Sed v. 13. 14. post quintum praeceptum statim sequitur Targum: item immediate post praeceptum sextum, septimum et octauum. Tunc legitur Textus praecepti noni et decimi, quae vero non per Silluk cum Soph-Pasuk, sed tantummodo per Athnachum discreta sunt, addita tunc Paraphrasi. Idem obseruatur in repetitione Decalogi Deut. V. vbi Targum post 6 - 10. subiungitur praecepto primo, post v. 11. secundo, post v. 12 - 15. tertio, et sic porro singulis praeceptis: quamuis iterum praeceptum nonum et decimum coniungantur, et tunc demum Targum subsequatur (*). Quod restat, nec Variis Lectionibus caret nostri Codicis Paraphrasis. Sic ad Gen. I. 2. ita sese habet: וחשוכא פריס על־אפי־תהומא *tenebrae diuisae sunt super faciem abyssi*; in Polyglottis vero Londinensibus vox פריס non inuenitur. Ita v. 11.

 12.

(*) Licet alias Iudaei praeceptum 9. et 10. pro vnico et quidem decimo habere soleant, pro primo autem praefationem istam Exod. XX. 2. ab hac tamen sententia alienum fuisse Codicis nostri Scribam, exinde patet, quia Deut. V. 6. non post ista verba in medio versus Targum adscripsit, sed finito demum primo praecepto.

12. 30. pro עשבא legitur עיסבא et v. 31. pro והא תקין לחרא legitur ארי־תקין לחרא sensu eodem. Plures, si cum editis conferretur Codex, lectionum discrepantias notatu haud indignas inueniendas esse, dubitari vix potest: sed eiusmodi collatio a scopo quem mihi proposueram aliena videbatur.

§. 4.

Forma externa. Optime conseruatus Codex noster exaratus est in membrana ouina, et quidem in forma prima, quales esse solent chartae geographicae. Constat ex CCCXXXIV. foliis satis crassis. Singulae paginae in tres diuisae sunt columnas aequales, quarum quaelibet XXXI. lineas comprehendit. Excipiendae tamen sunt paginae, in quibus cantica versuum instar scripta vel incipiunt vel absoluuntur, vt Exod. XV. Deut. XXXII. et inter Haphtaras Iud. V. Ibi enim nulla exstat columnarum diuisio, sed textus ante et post cantica per totam paginae latitudinem procedit. Similiter in prima Deuteronomii pagina, quae diuersis figuris exornata cernitur, textus limbo cuidam inclusus vnicam tantummodo occupat columnam, sed reliquis duplo latiorem. Nec minus in fine Ecclesiastae nullae apparent columnae, sed iterum per totam folii latitudinem textus in vna serie procedit. Tandem vbi explicit Ruthae libellus, a v. 15. vsque ad finem, textus spatium explet ex columna secunda et tertia compositum. Compactura voluminis satis antiqua est eique similis, quam libri ante saeculum XVI. habere solent. Recentiorem vero eam esse ipso

ipſo Codice, exinde colligitur, quod ad Geneſ. XXVIII. 10. in margine poſterior pars animalis, cuius ventri nota Maſorethica numerum verſiculorum in Paraſcha praecedenti indicans inſcripta legitur, a bibliopego abſciſſa ſit.

§. 5.

Librarius et tempus ſcriptionis. Quantum ad hiſtoriam huius Codicis, Librarii pariter ac illius in cuius gratiam ſcriptus eſt nomen in fine expreſſe indicatum legimus, vna cum tempore quo ſcriptio abſoluta eſt. In vltimo enim folio literis maiuſculis poſt exhortationem conſuetam חזק ונתחזק ſequentia inueniuntur verba הסופר שלמה בר נריה לא יזק לא היום ולא לעולם עד שיעלה חמור בסולם אמן אמן אמן סלה: *Scriba Schelomo filius Neria non laedatur, nec hodie nec in aeternum, donec aſcendat aſinus in ſcalam. Amen, Amen, Amen, Selah!* Deinde iiſdem ac ipſe textus literis: שבח לאל שסיומתי זה התרגום וחמש מגולות והפטרות ואיוב ופרשה לר׳ יקר בר׳ שמשון שנת חמשת אלפים ושבעים ושלשה לפרט׳ · יהי רצון שיזכה להגות בו הוא ובניו ובני בניו לעלם ולעלמי עלמיא: אמן. *Laus ſit Deo, quod abſolui hoc Targum, et quinque Megilloth, et Haphtaras, et Iobum, et Sectionem, pro R. Iakar filio R. Simſonis, anno* 5073. *ſecundum calculum. Faxit Deus vt dignus fiat, vt meditetur in illo ipſe et filii eius et nepotes eius in aeternum et in ſaeculorum ſaeculorum, Amen!* Tandem charactere paulo minori rotundo ei qui in libris Rabbinorum occurrere ſolet ſimili: וסיומתי

 זה

זה הספרים ביום ראשון של ראש חורש אלול:
Absolui vero hos libros die primo nouilunii mensis Elul. Quemadmodum vero ex his patet, totum Codicem quoad literas ac consonantes ab vno eodemque librario exaratum esse; ita id etiam indicant verba illa, quae Scriba absolutis quinque libellis adiecit: בשם אלהי מעונות סיימתי חמש מגילות ואתחיל לכתוב הפטרות: *In nomine Dei* (sanctorum) *habitaculorum, absolui quinque Megilloth, et incepi scribere Haphtaras.* Immo idem סופר nomen suum vbiuis prodidit, vbi in textu vox שלמה occurrit, cuius quippe singulas literas virgulis coronauit, v. g. Deut. XXV. 15. licet ibidem שְׁלֵמָה non sit nomen proprium Salomonis. Porro Cant. I. 1. III. 9. et in Haphtaris 1 Reg. I. 10. 12. 13. II. 12. III. 15. V. 26. 27. VI. 11. VII. 51. VIII. 1. 2. 12. 22. 54. 63. IX. 1. De aetate etiam quo scriptus est Codex ex verbis allegatis satis constat; nimirum quod Anno aerae Iudaicae 5073. i. e. A. C. 1313. fuerit exaratus. Scio quidem, non semper ex eiusmodi subscriptionibus de genuina codicum aetate satis certum ferri posse Iudicium; quum obseruante Dan. Ern. Ia-blonskio (*), quo sunt vetustiores, eo magis suppostitiae videantur. Ipse tamen concedit, iam initio saeculi XIII. consuetudinem annum scriptionis libri indicandi viguisse inter Iudaeos. Proinde nulla est ratio, cur suspecta nobis videri debeat ista Codicis nostri subscriptio: maxime quum litterarum ductus praesertim in secunda eius sectione pror-

(*) In Praef. ad Biblia Hebraica, §. 35.

prorſus ſimiles ſint illis, qui in ipſo textu inueniuntur. Immo prima vox Geneſeos בראשית eaque maiuſcula, fere eandem repraeſentat figuram, ac illa in Codice Bononienſi in Bibliotheca S. Saluatoris, cuius aetas ad DCC. annos aſcendere fertur, iiſdemque exornata cernitur animalculis (*). Caeterum Scriba noſtri Codicis ſub excitata ſubſcriptione Draconem pinxit, ad reliquum longitudinis ac latitudinis paginae ſpatium adimplendum. Pagina autem folii verſa charactere admodum maiuſculo dictum 2 Chron. XXIV. 5. ſcripſit, in quo pro הכהנים והלוים legitur הכהנים הלוים. Tandem tanquam vnicum verbum addidit ודאישתמודעינונוהון, quod quocunque etiam modo explicetur, vitioſe ſcriptum videtur; ſignificare tamen poteſt: *et hoc eſt perpetuum negotium eorum*, vel etiam: *et vt cognoſcatis illa.*

§. 6.

Non deſunt argumenta, ex quibus colligitur, olim ſine punctis vocalibus ſcriptum fuiſſe Codicem. Licet enim in his atramenti color ratione nigredinis parum differat ab illo, quo literae depictae ſunt; haud facile tamen inficias iuerit, alio tempore textum exaratum eſſe, alio autem puncta vocalia, immo diverſum fuiſſe a Scriba punctatorem, qui perpenderit, Scribam Salomonem qui *Punctator.*

 vocem

(*) Vid. figuram aeri inciſam Tab. XVI. N. I. pertinentem ad Tom. 2. Operis Diplomatici Benedictinorum, edit. German. Quemadmodum et iiſdem ornamentis architectonicis inſtructa eſt ac illa, quae ibidem N. 2. exhibetur.

vocem שלמה coronando nomen ſuum indigitare voluit (§. 5.), vix vocabulum שְׁלֵמָה Deut. XXV. 15. ad hunc finem obtinendum eligere potuiſſe, ſi ipſe puncta adieciſſet: niſi dicere velis illum quamcunque ocaſionem etiam longius petitam arripere voluiſſe, nomen ſuum etiam in Pentateucho indicandi. Praeterea ſaepenumero, quoties literae et voces per errorem vel bis ſcriptae ſunt, vel ad textum non pertinent, illas punctis orbatas reliquit, immo haud raro lineola tranſfixit punctator. Primum exemplum eſt Gen. I. 21. vbi poſt עוף כנף in textu inſeruntur verba למנהם ואת כל עוף כנף quae punctis vocalibus et accentibus inſtructa non ſunt, potius virgula deſuper et in medio notata. Nec deſunt integri verſus punctis vocalibus carentes, non ſolum redundantes, vt Hapht. XX. 2 Sam. VI. 10. 11. et Hapht. XXXI. Ezech. XLIV. 17. verum etiam quae ad textum pertinere videntur, vt Hapht. XXXIII. Ier. XVII. 15. 18-20. 25. et Hapht. LIII. Ioel II. 26. 27. E contraria vero parte voces a Scriba omiſſas in margine ſuppleuit Punctator, et quidem literis minoribus quarum ductus ab iis quibus vtitur Scriba prorſus diuerſi ſunt, v. g. Gen. XIII. 11. לו et כל Cap. XVII. 12. לכם etc. Caeterum alius adhuc fuiſſe videtur Maſorae ſcriptor, qui atramento vſus eſt ſubfuſco ac pallidiori, immo haud raro Scribam correxit, v. g. quando in margine annotauit, certas literas maiuſcule vel minuſcule exarandas fuiſſe, quae in textu ordinariam ſeruant formam, vt ex infra adducendis exemplis patebit.

§. 7.

§. 7.

Possessores Iudaici.

In descriptione *Wolfiana* lego, Codicem nostrum Constantinopoli in Germaniam esse translatum. Idem iam asseruerat THEOPH. SIEGF. BAYERVS in Progr. 1718. edito, quo Bibliothecam Senatus Palaeopolitani incrementis litterarum consecratam a. d. XI. Cal. Maii ad vsus bonorum omnium apertum publice iri denunciauit, p. 10. Quod tamen dubie satis exprimit HENR. OPITIVS p. 7. Praef. ad Biblia Hebr. Kilon. 1709. edita, scribens: *rarissimus certe codex Constantinopoli, quantum constabat, in Germaniam allatus.* Interea haud improbabilis foret assertio, si characteres illi primae Codicis paginae adscripti, Arabicisque non prorsus dissimiles, quos nemo Iudaeorum hic versantium legere potuit, quemadmodum aliquis illorum in consilium aduocatus existimabat, reuera essent Hebraici; sed tales, quales Iudaei Turcici vsurpare solent. Dubium caeterum manet, num secundum recensionem *Wolfianam* Iudaeus quidam librum Constantinopoli Francofurtum ad Oderam attulerit. Priusquam enim illuc veniret, varias iam in aliis Germaniae locis habuit possessores Iudaeos, prouti videre est ex verbis ad calcem voluminis in fine paginae, et quidem eiusmodi literis quales hodie in scriptura vulgari sua adhibere solent Iudaei, inueniendis, quae ita se habent: אני חכֿ מודה ומעיד לכל ראי חתימת ידי דלמטה איך שאדי החמ׳ מכרתי חומש עם התרגום והפטורות ואיוב הלז לר׳ שמואל בן מוהר״ר משה הלוי זצ״ל המכונה מפ״פ דמיין ברצון טוב ובנפש חפצה

חפצה בלתי אונס והכרח כלל להיות לר׳ שמואל סג״ל הנ׳ל ולזרעו עד סוף כל הדורות לחלוטין ויזכה בו הוא וזרעו וזרע זרעו עד עולם ללמוד בו וללמד ולמען להיות לו לעדות ולראיה חתמתי שמי עליו וחתימ׳ ידי דלמטה תעיד עלי כמאה עדים כשרים שמשון בר אברהם זצ״ל: . *Ego infra ſubſcriptus confiteor et teſtor omnibus videntibus ſubſcriptionem manus meae infra, quod ego infra ſubſcriptus vendiderim Pentateuchum cum Targum et Haphtaris et Iobo hoc R. Samueli filio Moſis Leuitae piae memoriae, qui cognomen gerit de Francofurto ad Moenum, voluntate bona et animo volenti, ſine omni coactione et neceſſitate, vt ſit R. Samuelis Leuitae modo dicti et ſeminis illius vſque ad finem omnium generationum abſolute; vt ſit legitimus poſſeſſor illius, ipſe, et ſemen eius, et ſemen ſeminis eius in aeternum, ad diſcendum ex illo et ad docendum. Et propterea vt ſit illi in teſtimonium et documentum, ſubſcripſi hic nomen meum, et ſubſcriptio manus meae infra teſtabitur contra me ſicut centum teſtes fide digni. Simſon filius Abrahami, piae memoriae.* Conſtat ergo Simſonem quendam filium Abrahami vendidiſſe Codicem R. Samueli filio Moſis Leuitae de Francofurto ad Moenum. Quo tempore vero hoc factum ſit, indicant ſequentia verba alia manu adſcripta: שכח לפ״ק קניתי *Anno 328. aerae minoris* (i. e. A. C. 1568.) *emi.* Eiuſdem emtoris R. Samuelis Leuitae manu plurimae in margine Codicis adpoſitae ſunt notae, ſiquidem et ſub vna earundem fol. 42. b. nomen ſuum expreſſe ſubſcripſit.

ſcripſit.* Sed aliae praeterea ſubinde occurrunt notae diuerſa adhuc ab iſta manu exaratae: vnde cognoſcitur, plures fuiſſe, quorum vſibus exemplar hoc Biblicum quondam inſeruiit. Ita et in ornamentis illis, quibus pagina prima Exodi circumdata eſt, charactere recentiori ſat diſtorto et parum legibili aliquis poſſeſſorum addidit: זה הסופר מנשה בן מוהר׳ לוי שלט אס׳: *Hic Scriba eſt Manaſſes filius Leui, qui viuat in dies bonos. Amen. Selah.* Et poſt antea excitatum de venditione et emtione libri teſtimonium rurſus alia manu literis maiuſculis adpoſitum legimus: טוב לי תורת פיך *Bona mihi lex oris tui.*

§. 8.

Reliqua fata Codicis.

Hoc exploratum habemus, tandem Codicem in manus veniſſe GODOFREDI WEGNERI S. Theol. D. qui eundem quum adhuc Francofurti ad Oderam munere ſacro fungeretur, a Iudaeo quodam emit. Vſibus deinde inſeruiit HENR. OPITII, cui illum ad aliquod tempus commodauit poſſeſſor, quum nouam adornaret Bibliorum Hebraicorum editionem; in cuius praefatione p. 7. ſcribit: *Vſi ſumus hoc Codice non ſine fructu ſaepiſſime, elegantiſſimum maximam partem exhibente poſitum, et cum impreſſis melioribus amice conſpirante.* Et mox p. 10. addit: *Deſcribendam mihi a filio meo natu ſecundo Paulo Friderico SS. Theol. Studioſo curaui totam Wegneriani Codicis Maſoram, cum impreſſa elegantiſſime maximam partem conuenientem, quam aduocatis in ſubſidium reliquis etiam*

etiam MStis, cum impressa diligenter contuli, tum impressam inter se tam textualem quam finalem commisi sedulo, et ad Scripturae loca summo studio exegi, an forte ea reficere possem vulnera atque sanare. Qua quidem ratione partim innumera siue scribarum siue typographorum vitio corrupta loca (in Masora scil.) *emendauimus.* Porro p. 14. monet, se fere auctoritate Codicis Wegneriani inductum esse, vt Gen. XXVI. 19. lectionem תַּעֲשֶׂה eligeret, qua tamen reiecta lectionem תַּעֲשׂה retinuerit. Alia autem loca in quibus Codicem nostrum contulerit, non indicauit. Quanti vero eum aestimauerit, vel exinde constare potest, quod teste *Bibliotheca Wegneriana* p. 1. centum Imperialium pretio eundem licitatus sit. Interim possessor eius mansit laudatus *D. Wegnerus*, qui eum secum apportauit, quum A. 1695. Regiomontum veniret munusque Professoris Theologiae et Concionatoris Aulici adiret. Defuncto autem *Wegnero*, cum reliquis eius libris, quorum Catalogus A. 1710. prodiit, plus licitantibus venum expositus, et quemadmodum ex relatione *Bayeriana* apud *Wolfium* didici, quum emtor deesset, sortilegio permissus A. 1714. in manus *Christoph. Boltzii* peruenit, qui eodem pretio quod in sortes impenderat Bibliothecae Senatus eundem concessit.

§. 9.

Character Scriptu- Ipsa iam Codicis forma delineanda a nobis erit: vbi quae circa literas, puncta vocalia, voces, versus et integras sectiones singularia in eo de-

deprehendi, ordine enumerabo. Quemadmodum literae vbiuis ad amuſſim nitidiſſime ſunt depictae, ita vt longiores etiam ך ן ף ץ ק ſi ſolam exceperis vltimam paginarum lineam, infra baſin vix deſcendant; ita charactere ſcriptus eſt quadrato Hiſpanico, illi qui in Bibliis Regiis Antwerpienſibus conſpicitur ſimili, ſed adhuc elegantiori. Nec aliae deſunt rationes, quae ſuadent, pro Codice Hiſpanico habendum eſſe noſtrum. Nam quum obſeruante IOH. HENR. MICHAELIS in Var. Lect. ad Num. VII. 18-83. Germanorum ſcribae in hiſce verſibus puncta vocalia per compendium laboris ideo omiſerint, quod eadem quae iam antea adfuerant totidem fere verbis recurrere animaduerterent; in noſtro Codice ſimiliter ac in Hiſpanicis textus vbiuis punctis inſtructus deprehenditur, quamuis Paraphraſis Chaldaica non vt alibi ſingulis verſibus ſubiuncta, ſed vt iam monuimus, iis tantummodo, in quibus nomina principum occurrunt, addita ſit. Illud etiam quod Codicibus Hiſpanicis ſolemne eſſe adfirmat Cel. IOH. DAV. MICHAELIS (*), nimirum ſignum ֳ non tantum pro Chatephkometz vſurpari, verum etiam pro Kometz-Chatuph, vbiuis in noſtro Codice obſeruatur, excepta tamen vltima vocum ſyllaba. Immo ſi certo conſtaret Codicem Conſtantinopoli in Germaniam translatum eſſe, eo maiori probabilitate aſſumi poſſet, in Hiſpania exaratum eum eſſe; quum hiſtoria teſte Iudaeorum plurimi Hiſpania pulſi

rae Hiſpanicus.

(*) Critiſches Collegium über die drey wichtigſten Pſalmen von Chriſto, p. 50.

pulsi in Orientem profecti sint. Nec hoc praetermittendum videtur, Codicem nostrum Deut. XXIII. 2. pro דכה legere דכא, et Num. X. 35. Nun inuersum in voce בנסע non sub hac forma ̈ exhibere, vt in aliis MStis, sed loco litterae erasae, fere vt latinum Z simili prorsus ratione, ac in Codicibus illis Malabaricis, quorum ex SVRENHVSIO sequentem IOH. CHRIST. WOLFIVS (*) suppeditat notitiam: *Refert* (Moses Pereyra de Paiva) *se exemplaria* (Pentateuchi) *Malabarica MSS. cum iis, quae in nostris oris inueniuntur, in omnibus conformia inuenisse, praeterquam duobus tantum in locis, quorum prior exstat Deut. XXIII. 2. in phraseologia פצוע דכא, vbi secunda vox finit littera* א, *cum alia exemplaria nostra finiant littera* ה. *Posterior exstat Num. X. 36. ante sequentia verba:* ויהי העם כמתאוננים, *vbi is in quinque exemplaribus MSS. litteram Nun inuersam inuenisse tradit hoc modo ̈ sicuti etiam in nostris, sed in vno antiquissimo exemplari illo modo Z, sicuti in MSS. apud nos vsitatis videre non licet. Iudaeos autem, a Titi Vespasiani facie fugientes, per Persiam se ad oras Malabaricas contulisse, ibique cum octoginta animabus saluos aduenisse, auctor tradit p. 9. Vnde constat, MSS. Malabaricis multum fidei tribuendum esse.* Caeterum, quod itidem Codicibus praestantissimis proprium esse solet, cantica Exod. XV. Deut. XXXII. et Iud. V. alternantibus lineis breuioribus et longioribus scripta esse, iam indicauimus. Similiter in libro Iobi inde a Cap. III. 2. vsque ad Cap.

(*) Vol. 4. Bibliothecae Hebraeae, p. 97.

Cap. XLII. 6. verſus in hemiſtichia diuiſi ſunt, et eum in modum compoſiti ac Latinorum carmina elegiaca; in Threnis vero hac ratione, vt ſinguli verſus a ſe inuicem ſpatio vnius literae diſtent, quodlibet caput autem voce maiuſcula incipiat. Voces abbreuiate ſcriptae rariſſime occurrunt: nam praeter vocem אפרים quae in Hapht. VIII. Obadi. 19. ſcribitur אֿפֿ, et vocem תקום quae Hiob XLI. 10. ſcribitur תֿ, nulla alia obſeruaui verborum compendia; immo in duobus iſtis locis alia manus litteras quae deficiebant adiecit. Quod reſtat, negari nequit, multas literas, voces, et integras quandoque ſententias, vel bis ſcriptas eſſe, vel prorſus ad textum non pertinere: quas vt iam monui punctis orbatas reliquit punctator, immo vt plurimum virgula tranſfixit, excepto tamen nomine diuino יהוה, quod vncinulis circumdedit. Idem valet de aliis nominibus diuinis abundanter ſcriptis: adeo, vt Deut. II. 14. vbi pro את־נחל ſcriptum erat אל־אחל, hoc ita correctum inueniatur, vt אל punctis carens non transfigatur, ſed clathro includatur, licet hic pro nomine diuino non ſumatur. Voces non minus quam integra commata ſubinde omiſſa in textu ſunt; quae tamen in margine ſuppleta inueniuntur, quandoque ab ipſo ſcriba, ſaepiſſime a punctatore, haud raro etiam a manu recentiori. Idem factum, quando loco vocis vitioſe in textu poſitae, alia in margine erat ſubſtituenda. Tantum igitur abeſt, vt Codex hic magna licet accuratione ſcriptus mendis prorſus careat, vt potius eiuſmodi emendationes in quauis fere pagina fuerint neceſſariae.

§. 10.

Literae maiuſculae. Literae quae in impreſſis maiuſculae vel minuſculae eſſe ſolent, in noſtro etiam Codice quandoque inueniuntur; licet duplo maior eorum locorum ſit numerus, vbi conſuetam ſeruant figuram. Quantum enim ad maiuſculas, 1) א, quod quidam codices maiuſcule exprimunt in אשריך Deut. XXXIII. 29. hic tale non eſt, 2) ב in prima voce Gen. I. 1. licet tota vox longe maioribus ac reliquus contextus literis exarata ſit, ſuper reliquas tamen vocis literas non eminet. Sed 3) ג Leu. XIII. 33. in והתגלח maiuſcule pictum inuenitur. Scribitur hic per Patach ſub ל, pro quo impreſſi habent Kametz. Et hanc lectionis varietatem hoc ſymbolo indigitari putat Matth. Hillervs (*); Talmudiſtae vero (†) medium legis verſum hac litera notatum eſſe obſeruant. 4) Maiuſcule quidem in textu Deut. VI. 4. in voce אחד non ſcribitur ד, ſed tale eſſe debere in margine annotauit Maſoretha. 5) ה, quod in excuſis Deut. XXXII. 6. maiuſculum eſt, hic a reliquis literis ſequentem in modum ſeparatur: ה ליהוה, licet ordinariam ſeruet figuram. 6) ו, quod Leu. XI. 42. in גחון maiuſcule ſcribi ſolet, et quidem vt Michaelis in Var. Lect. ad h. l. ex *Or Torah* annotat, breuius ac Nun finale, hic longius ac Nun illud finale protrahitur. Eſt vero media totius legis litera; vnde in margine eodem atramento ac textus obſeruatum legimus: ל׳ ויו רב חצי התורה באותיות

(*) De Arc. Kethib et Keri, p. 166.
(†) In Kidduſchin, C. 1. f. 30.

באותיות. Praeterea ו maiuſculum etiam adeſt in ויזתא Eſth. IX. 9. 7) ז, quod in quibuſdam editionibus in הכזונה Gen. XXXIV. 31. maiuſcule pingitur, tale in noſtro non eſt; nec in זכרו Mal. III. 22. 8) ח maiuſculum habet Codex ſecundus Erfurtenſis Exod. XXXII. 11. in ויחל, quae vox in noſtro Codice tota maiuſcule ſcripta apparet, adpicto in margine flore. Sed Eſth. I. 6. in חור non tantum maiuſculum ſed peculiari etiam forma cum gibbo exaratum eſt; deeſt vero Num. XIV. 16. in וישחטם, et v. 41. in תצלח, vbi maiuſculum eſt in Cod. 3. et 4. Erfurt. 9) ט maiuſculum adeſt Eccleſ. VII. 1. in טוב, ſed in שבטו Iob. IX. 34. non inuenitur. 10) י in יגדל Num. XIV. 17. maiuſculum non erat; quod tamen alio atramento in tale mutatum eſt, addita in margine nota Maſorethica. 11) כ maiuſculum, quod ex quorundam ſententia Deut. XXVIII. 68. occurrere deberet, hic deſideratur. 12) ל maiuſculum eſt in וישלכם Deut. XXIX. 27. ſed in והלטאה Leu. XI. 30. et in ליני Ruth. III. 13. non item. 13) מ maiuſculum, quod in quibuſdam editionibus in שלשים Gen. L. 23. occurrit, hic non inuenitur; nec Num. XXIV. 5. in מה. Sed praeter exempla, quae in Maſora enumerantur, Mem finale maiuſcule pictum eſt Num. X. 29. in נסעים, ſed vt inſpectio docet ideo, quia hic in membrana foramen eſt, quod cingitur hac litera: manifeſto indicio, in hiſce literis nulla myſteria eſſe quaerenda. 14) נ maiuſculum inuenitur in נצר Exod. XXXIV. 7. et in משפטן Num. XXVII. 5; ſed deeſt in דריהן

Num. XXXVI. 11. et in לינו Ruth. III. 13. 15) ס maiusculum adest Eccles. XII. 13. in סוף, sed Num. XIII. 30. in ויהס non item, vbi, vt MICHAELIS ex *Or Torah* obseruat, nec in libris Hispanicis inuenitur. 16) ע maiusculum exstat in שמע Deut. VI. 4. 17) פ in אפאיהם Deut. XXX. 26. vbi in Masora non recensetur, non solum maiusculum, sed etiam duplicatum cernitur, adeo, vt in maiori aliud adhuc minus inclusum sit. Eadem forma etiam scribitur in פן v. 27. item v. 31. in פלילים et v. 32. in מגפן, et גפנם, item v. 42. in פרעות et v. 43. in יכפר (*). Deest vero Pe finale maiusculum in prima voce Gen. XXX. 42. Sed in כסופה paulo quidem maius scribitur ac reliquae literae; sed eadem ratione, vt saepe in aliis vocibus: nec Deut. XXXII. 5. in ופתלתל super reliquas literas eminet. 18) צ maiusculum est in צרימו Deut. XXXII. 27. quod exemplum in Masora non recensetur. Adest quidem ץ finale maiusculum in ציץ Exod. XXVIII. 36; sed ibi vltima est columnae linea, in qua semper ita scribitur. Ast Exod. XI. 8. in צא, Deut. XXVIII. 68. in מצרים, et Deut. XXXII. 4. in הצור non inuenitur. 19) De ק in libris Biblicis, quos Codex noster continet, nullum occurrit exemplum. 20) ר in אחר Exod. XXXIV. 14. a Scriba maiuscule pictum non est; licet nota marginalis indicet, tale esse debere. Similiter 21) ש Cant. I. 1. maius non est ac reliquae lite-

(*) De ratione huius scriptionis, item quando ח cum gibbo ascendente pingitur, vid. IOH. LEVSDENII *Philol. Hebr. Diss. 26. p. 318.*

literae vocis primae שיר, quae caeterum tota valde magna et deaurata eſt. Tandem 22) ת maiuſcule ſcribitur in תמים Deut. XVIII. 13; ſed in ותכתוב Eſth. IX. 29. prius ת ordinariam ſeruát magnitudinem.

§. 11.

Videamus nunc, quaenam in noſtro Codice literarum, quae alibi minuſculae eſſe ſolent, ſit ratio. Talis 1) eſt א in voce prima Lev. I. 1. ויקרא auro obducta: quae licet longe maiori forma expreſſa ſit ac reliquus contextus, vltima tamen eius litera vix dimidiam partem attingit altitudinis literarum praecedentium; forſan ad indicandam lectionis varietatem in aliis Codicibus obuiam ויקר abſque א, vt Num. XXIII. 4. 16. (*) 2) ב minuſculum Maſora requirit Prou. XXX. 15. qui liber in noſtro Codice non exſtat. 3) ג minuſculum non eſt in וגיש Iob. VII. 5. 4) De ד minuſculo iterum exemplum illud Prou. XVIII. 17. in noſtro MSto obuium non eſt. 5) ה in בהבראם Gen. II. 4. ordinariam ſeruat formam. 6) ו minuſculum, vel vt in Maſora ad Num. XXV. 12. vocatur, abſciſſum, l. c. in voce שלום non conſpicitur, licet in margine nota occurrat ו׳ זעיר. Similiter 7) ז minuſculum non legitur in ויזתא Eſth. IX. 9. Ita nec 8) ח minuſculum ſcriptum eſt in חף Iob. XXXIII. 9. 9) ט ordinariam formam ſeruat tum Num. XXXI. 24. in וטהרתם, tum in

Literae minuſculae.

(*) Vid. MATTH. HILLERI *Arcan. Kethib et Keri, p. 175.* et *Relationes Goettingenſes de libris nouis, Faſc. IX. p. 32.*

טבער Thren. II. 9. 10) י minuſcule ſcriptum deprehenditur in תשי Deut. XXXII. 18, et quod in aliis exemplaribus non obſeruatur, Eſth. IX. 9. in ויזתא. 11) כ in ולבכתה Gen. XXIII. 2. reliquis literis minus non eſt; quod tamen requirit nota Maſorethica in margine. Idem valet 12) ratione ל in לוא Thren. I. 12. 13) Ad exempla, in quibus מ minuſculum ſcribi ſolet, referuntur מוקדה Leu. VI. 2. ממים Deut. IX. 24. et ממרים Deut. XXXI. 27: in quibus tamen noſter Codex ordinariam exhibet formam. Sed Leu. XXIII. 7. ob ſolum ſpatii defectum Mem finale minuſcule exaratum deprehenditur, dum loco ביום Scriba poſuerat בים, quod deinde correxit. 14) נ minuſculum non occurrit in נער Thren. IV. 14. nec Hapht. XXIV. in ארן Ieſ. XLIV. 14. 15) Loca, in quibus ex Maſoretharum praeſcripto ס minuſculum eſſe deberet, in noſtro Codice non occurrunt. 16) ע minus reliquis literis non eſt in voce לעות Thren. III. 36. licet Maſora marginalis id requirat. 17) Locus Danielis in quo פ minuſculum eſſe ſolet, iterum in noſtro MSto non continetur. 18) צ ordinario modo ſcribitur in פרץ Iob. XVI. 14. 19) ק minuſculum in קצתי Gen. XXVII. 46. non habet textus, quamuis id in margine poſtulet Maſoretha. Nec Exod. XXXII. 25. in בקמיהם tale quid deprehenditur. Similiter 20) ר regularem ſeruat figuram in ראשית Exod. XXIII. 19. et Cap. XXXIV. 26. Nec Eſth. IX. 9. in פרמשתא minuſculum eſt: in qua tamen voce praeter morem conſuetum 21) ש reliquis literis minus eſt; non

vero

vero v. 7. in פרשנדתא. Nec idem nomen proprium 22) ת minusculum habet.

§. 12.

Aliae literae anomalice scriptae, nec non literae et voces superne punctatae.

Licet in quibusdam exemplaribus Gen. XI. 32. vltima vox בחרן per Nun inuersum scribatur; noster tamen Codex regularem seruat scriptionem. Nec Num. X. sub finem v. 35. et 36. collocatur Nun inuersum ac separatum. Illud vero, quod Num. X. 35. in voce בנסע in aliis Codicibus inuerse scribi solet Nun, hic vt iam monuimus (§. 9.) figurae Latini Z similis est, in quam loco literae erasae correcta est. Versiculo 36. autem in ובנחה antea adfuit Nun ordinarium; quod tamen erasum et in inuersum mutatum est: forsan ad indigitandam lectionis varietatem. Seruatur interim hic lectio τῦ Chetibh, nec nota marginalis ובנחו כ׳ addita est, similiter ac in Codice Helmstadiensi. In voce כמתאננים autem Num. XI. 1. Nun ordinario modo scribitur. Caeterum nec Num. I. 22. in voce לגלגלתם postremum ל instar serrae pictum est: quod iterum praestantiam nostri Codicis confirmat; quum R. MENACHEM (*) obseruet, se tale quid in Hilleliano, Hierosolymitano, Hispanicisque Codicibus non inuenisse, sed non nisi in Germanorum libris. Nec vllae in nostro Codice obuiae sunt literae, quae ideo, quod supra reliquum textum eminent, suspensae appellantur. Modo enim ordinario scriptum est ע in עירם Gen. III. 10: item Iob. XXXVIII. 13. 15. in רשעים et

 מרשעים

(*) In Or Torah, f. 16. a.

מרשעים, licet hic Masora in margine annotet ד׳ אותיות תלויות. Aliter vero se res habet ratione literarum et vocum superne punctatarum, quarum iam in Talmude, Zohar, aliisque libris Iudaeorum antiquissimis, item a Hieronymo (*) fit mentio, et quarum punctatio extraordinaria pro indicio habetur, quod in aliis exemplaribus istae vel omissae vel aliter scriptae fuerint. Illae enim fere vbiuis in nostro Codice lineolis verticalibus, nonnunquam etiam coronulis notatae deprehenduntur. Primum exemplum occurrit Gen. XVI. 5. vbi requirente Masora in וביניך supra posterius י punctum esse deberet, maxime quum hoc vocabulum alias in Pentateucho nullibi plene scribatur. In nostro vero Codice scriptum antea erat, vt in Cod. 2. Erfurtensi et Cassellano, ובינך defectiue: quod vero eraso ך mutatum est in וביניך, addita a manu seriori in qualibet litera vocis lineola. 2) Gen. XVIII. 9. in voce אליו super א, י, et ו lineolae positae sunt: 3) Gen. XIX. 33. in ובקומה quaelibet litera tali lineola notata est, vt in Cod. 1. et 2. Erfurtensi, nec non Cassellano; quum impressi soli ו punctum imponant. 4) Gen. XXXIII. 4. tota iterum vox וישקהו punctis instructa fuerat, vt in impressis, quorum vero tria priora rursus erasa sunt. 5) Gen. XXXVII. 12. את superne punctatum cernitur, vt in impressis. 6) Num. III. 39. ואהרן quinque lineolis superne notatum est; quod etiam nomen nec in Pentateucho Samaritano, nec in versione Syriaca, nec in antiquissimo MSto

(*) Ad Gen. XIX. 33.

MSto *Kennicottiano* inuenitur. 7) Num. IX. 10. vbi tota vox רחקה antea quatuor lineis instructa fuerat, vt in Cod. 1. 2. et 4. Erfurt. tres priores vero rursus erasae sunt, forsan ab eo Codicis possessore, qui literis Rabbinicis hanc addidit notam marginalem: *In* רחוקה *punctum omnino est super* ה *tantum, et non super omnibus literis: et ita hoc clare legitur in Gemara, tractatu Pesachim, in Capite quod incipit a verbis* מי־שהיה טמא*, et adduxit hoc* מהר״ן *in explicationibus suis.* 8) Num. XXI. 30. in אשר super ר punctum extraordinarium conspicitur, cui manus serior addidit lineolam verticalem. 9) Num. XXIX. 15. in ועשרון in impressis tantummodo ו punctum habet; sed in Cod. 1. et 4. Erfurt. singulae literae. In nostro autem literae ע, ר et ן sequenti signo (*v*) superne notatae sunt. 10) Deut. XXIX. 28. voces לנו ולבנינו singulis literis lineolas verticales superimpositas habent. Praeter haec decem exempla superne punctatorum, quae secundum Masoram in lege occurrunt, in nostro Codice etiam vox שעטנז Leu. XIX. 19. et Deut. XXII. 11. super singulis literis tribus apicibus coronata est. Ex reliquis vero exemplis punctatorum in Prophetis et Hagiographis inueniendis, hic vnice occurrit Ies. XLIV. 9. vbi המה superne tribus lineolis notata cernitur.

§. 13.

Finales literae consuetam seruant figuram, nisi quod Num. XXVII. 7. Nun finale in vocabulis אביהן להן peculiari modo, fere vt Graecorum ϱ scri- *Literae finales et dilatabiles.*

ſcriptum ſit, forſan ad exprimendum vtrumque ſimul ſuffixum, foemininum pariter ac maſculinum quod in praecedenti אביוהם positum erat. Pro Nun finali vero ordinarium Iob. XXXVIII. 1. et Cap. XL. 6. et in noſtro Codice legitur. Idem valet de Mem finali ſiue clauſo in medio vocis למרבה Ieſ. IX. 6. qui locus adhuc pertinet ad Hapht. XVII. Literae autem אהלמת quae in impreſſis dilatabiles ſunt, tales hic plerumque non apparent; quamuis aliae etiam praeter illas, v. g. מ et כ longius extendantur. Potius ad reliquum cuiuslibet lineae ſpatium adimplendum vel peculiare ſignum adhibet librarius, duplicatum ſaepe immo triplicatum; vel ſi maius ſpatium ſuperfuerit, vocis immediate ſequentis priores literas: quas tamen punctator punctis orbatas reliquit, manus vero ſerior vel virgula tranſfixit, vel clathro incluſit, ſi ad nomen quoddam diuinum pertinere videri poſſent. Sic v. g. Exod. XVII. 9. literae יהו initiales ſequentis vocis יהושע lineam claudunt, quas vncinulis circumdare quam tranſfigere maluit corrector, ne nomen יהוה quod iiſdem literis incipit, irreuerentius tractaſſe videretur.

§. 14.

Puncta vocalia, notae diacriticae et accentus.

A literis progredior ad puncta vocalia et accentus, et quid ratione illorum huic Codici prae excuſis peculiare ſit, breuiter indicabo. Non quidem adeo frequenter loco vocalium adhibentur ſic dictae matres lectionis, literae nimirum אוי, vt in altero Bibliothecae Regiae MSto; non deſunt tamen

tamen plurima exempla, quae ratione modi ſcribendi plena et defectiua ab impreſſis differunt: quemadmodum et ſaepius הוא legitur, vbi impreſſi habent היא, et vice verſa. Iod in fine ſaepiſſime punctum ſubſcriptum habet (*), praeſertim in voce אֲדֹנָי. In nomine vero diuino יהוה Cholem, quod τῷ ו imponunt impreſſi, fere vbiuis omittitur: ſiquidem et in aliis vocibus ו puncto Cholem deſignante ſaepenumero deſtituitur. E contraria vero parte, vbi in excuſis punctum diacriticum τῷ Schin vel Sin cum Cholem coincidit, in noſtro Codice duo puncta deprehenduntur. De Kometz-Chatuph iam monuimus (§. 9.), illud eadem vbiuis fere figura (ֳ) notari, quam Chatephkometz in impreſſis. Quamuis literae gutturales et ר Dageſch forte reſpuant; tamen ex praeſcripto Maſorae et in noſtro Codice adeſt Dageſch in א Gen. XLIII. 26. in ויביאו, Leuit. XXIII. 17. in תביאו, et Iob. XXXIII. 21. in ראו: nec minus in ר Cant. V. 2. in שראשי. Literis בגדכפת, quoties non ſunt dageſſatae, ſuperinducta ſemper eſt lineola Raphe. Punctum vero Mappik, quo ה finale quando mouetur a quieſcenti diſcernitur, non in ventre eiuſdem, ſed ſubſcriptum cernitur. De accentibus notandum, figuram eorundem magis ad eam accedere quae in Codice Dreſdenſi (†), quam quae in impreſſis obſeruatur. Caeterum in

(*) Idem obſeruat. IOH. HENR. MICHAELIS in Diſſ. de Codic. MSS. Erfurtenſibus, de tertio et quarto Codice ſuo, qui hoc punctum quaſi Mappik vocat.

(†) Vid. S. R. CAR. FRID. BAHRDT Proluſ. de hoc Codice, p. 7.

in Decalogo duplex quidem occurrit accentuatio, tum versicularis tum praeceptiua, sed parum accurata: adeo vt idem, quod de Codicibus Erfurtensibus scribit Io. HENR. MICHAELIS in Var. Lect. ad Exod. XX. 2. magnam in illis circa Decalogi accentus esse confusionem, de nostro quoque valeat.

§. 15.

Nomen diuinum יהוה

Inter voces imprimis commemorandum videtur nomen Dei essentiale יהוה. Illud in Paraphrasi Chaldaica semper per tria Iodim ייי quorum vltimum signo munitum est figurae (qua parentheses Latini designare solent non prorsus dissimili (*), abbreuiate scribitur: raro autem in ipso textu Hebraeo, nimirum Gen. II. 22. IV. 26. XXIX. 32. Exod. XIII. 8. XIX. 20. Leu. XXIII. 12. et 23. vbi etiam punctatum et clathro coronato inclusum est; nec non Num. XXVII. 5. XXXI. 50. Deut. XVI. 17. XXVI. 2. et inter Haphtaras Ies. I. 10. Praeterea, quum obseruante Cel. KENNICOTTO (†), quoties MSta in locis, vbi in impressis legitur אדני, nomen diuinum per יהוה exprimunt, haec lectio merito pro vera habenda sit; loca indicare operae pretium erit, in quibus idem in nostro Codice obseruatur. Ita pro אדני legit יהוה Thren. III. 31. item Hapht. X. 1 Reg. III. 15. Hapht. XVII. Ies. VI. 1. 8. Hapht. LXIV. Ies. XI. 11. Nec non pro לאדני

(*) Pro antiquitatis criterio id habet Io. CHR. WOLFIVS Tom. 4. Bibl. Hebr. p. 89. Conf. et Tom. 2. p. 315.

(†) The State of the printed Hebrew Text of the O. T. Diss. I. p. 355.

לארני legitur ליהוה Hapht. VI. Mal. I. 14. Et Hapht. XVII. Ief. VI. 11. ארני praemittit יהוה, licet non punctatum et linea ſuperne notatum. Tandem et Hapht. LXX. Ieſ. LVII. 21. pro אלהי in textu legitur יהוה, quod tamen punctis inſtructum non eſt, adpoſita in margine voce אלהי. Interea ſemel quoque occurrit ארני pro יהוה, nimirum Thren. II. 6.

§. 16.

Voces initiales.

Negari nequit initiales ſingulorum librorum biblicorum voces, non ſolum magnitudine ſua reliquas in textu inſigniter excedere, verum etiam auro obductas eſſe. Non enim regulam illam Masoretharum, de relinquendis inter quemlibet Pentateuchi librum quatuor tantummodo lineis vacuis, obſeruauit Codicis ſcriptor; quamuis is, qui limbum partes Maſorae in prima voluminis pagina cingentem exarauit, eius mentionem fecerit. Incipit nimirum textus fol. 1. pagina verſa, vbi vocabulum בראשית totam paginae latitudinem occupat, minio coeruleoque colore ſcriptum, et diuerſis animalculis figuriſque architectonicis exornatum. Fol. 65. in Exodi initio vox ואלה in medio paginae charactere praegrandi deaurato picta, ſuperne vero multis ornamentis inſtructa cernitur. In Leuitico, cuius exordium eſt fol. 119. prima vox ויקרא literis magnis deauratis ita expreſſa eſt, vt א longe minus ſit reliquis literis, tota autem vox Parallelogrammati, cuius quatuor anguli flore deaurato exornati ſunt, incluſa. Idem valet

valet de Numerorum libro fol. 158. voce במדבר incipiente. Deuteronomii prima vox אלה fol. 210. literis longe maximis et deauratis efformata eſt, infra quam per totam paginam textus in vnica quidem columna, ſed duplo latiori reliquis, ſequitur, tota vero pagina ornamentis deauratis circumdata conſpicitur. Cantici Canticorum prima vox שיר fol. 258. in paginae initio, latitudinis vero eiuſdem medio, literis valde magnis et auro obductis ſcripta, ſed nulli figurae incluſa eſt. Idem valet de libello Ruth, cuius tamen prima vox ויהי maiuſcula et deaurata fol. 260. non niſi ſpatium latitudinis columnae ſecundae et tertiae occupat; ſimiliter ac fol. 262. איכה, quo vocabulo Threni ordiuntur. In Eccleſiaſte vero prima vox דברי maiuſcula item et deaurata fol. 265. totam fere paginae latitudinem explet; ita tamen, vt poſt illam et quidem ſeparate א longe minus quam literae praecedentes, multo tamen maius ac ſequens contextus, adpictum et argento obductum ſit. Libellus Eſtherae incipit fol. 269. b. cuius prima vox ויהי maiuſcula et deaurata in medio paginae cernitur. Explicit hic liber fol. 274. b. col. 1. et ſtatim col. 2. ſequuntur Haphtarae, quarum quaelibet peculiarem habet inſcriptionem, indicantem ad quamnam Paraſcham pertineant, et vnde deſumtae ſint: prima autem cuiuslibet Haphtarae vox atramento eodem quo contextus, ſed maiuſcule ſcripta eſt. Sequitur fol. 316. b. Iobus, cuius primum vocabulum איש maiuſculum ſpatium latitudinis duarum columnarum occupat,

cupat, variisque ornamentis atramento ornatum sed nondum auro obductum est. Quo libro finito fol. 329. b. col. 1. in eadem columna sectio ex Ieremia incipit, cuius prima vox למה longe maior est quam sequens contextus, sed non nisi atramento exarata.

§. 17.

Librorum versiculi.

Ratione versuum notandum, illos eodem ac alias modo per accentum Silluk cum duobus punctis Soph-Pasuk a se inuicem distingui; in fine vero librorum plerumque numerari. Nimirum in fine Geneseos, vbi consuetum alias חזק non inuenitur, ipse סופר literis paulo minoribus adscripsit: סכום פסוקי דסיפרא התר תקלד סימן. *Numerus versuum libri* MDXXXIV. *signum mnemonicum.* In spatio autem inter has literas et textum, sequentia leguntur Masorethae verba: פסוקי דס׳ אלף וחמש מאות ושלשים וארבעה אך׳ לד׳ סימן וסדריו מג׳ וסימנ׳ ידידיה ופרשיותיו שנים וסי׳ אחאב וחציו ועל חרבך תחיה: *Versus libri sunt mille quingenti et triginta quatuor.* MDXXXIV. *signum est. Et ordines eius* (siue capita antiquata) *sunt XLIII. et signum eorum est* ידידיה (Nomen proprium, cuius literae numerum 43. efficiunt.) *Et Paraschae eius sunt duo*, (vel potius duodecim, omisit enim vocem עשר) *et signum earum est* אחאב. *Et medium eius* versiculus Gen. XXVII. 40. Ipsissimis hisce verbis, omissa etiam voce עשר Masoretha vsus est in efformando limbo, quo pagina prima Codicis circumdedit partes Masorae maximae variis inclusas ductibus: vbi tamen ad explendum reliquum istius parallelogrammatis spatium

tium adhuc ſequentia verba addidit: וצריך להניח בין כל סיפרא ד׳ שטין חלק ויב׳ שטין חלק כמנין גט אם (*) לא יקימו התורה לכתוב וכו׳. *Et neceſſe eſt relinquere inter quemlibet librum quatuor lineas vacuas, et duodecim lineas vacuas, ſecundum numerum libelli repudii. Si non ſtabilietis legem deſcribendo etc.* In Exodi clauſula librarius literis rotundis ſcripſit סכום הפסוקים של ספר ואלה שמות אלף ומאתים ותשעה פסוקים: *Numerus verſuum libri Exodi, mille ducenti et nouem verſus.* Quibus ſequentia adpoſuit Maſoretha: צב׳ סבכי׳ מנין דפסוקא אלף ומאתים ותשעה ארט׳ סימן ופרשיות יא׳ וסדרין כט׳ יהדי׳ סימן וחציו מכשפה לא תחיה: XCII. ſcil. ſunt verſus Paraſchae vltimae in Exodo: qui etiam numerus indicatur nomine proprio סבכי, coll. 2 Sam. XXI. 18. *Numerus verſuum mille ducenti et nouem. MCCIX. ſignum. Et Paraſchae XI. Et ordines XXIX.* יהדי *ſignum. Et medium eius Exod. XXII.* 17. Vbi explicit Leuiticus, Scriba charactere maiuſculo ſcripſit formulam commonitoriam חזק. Deinde Maſoretha numerum verſuum Paraſchae vltimae Leuitici tum literis, tum nomine proprio 1 Chron. VIII. 7. עח׳ עזא׳ expreſſit. Poſtea iterum manu Scribae iiſdem ac in textu literis notauit סכום פסוקי דויקר׳ דויקרא חתנט׳: *Numerus verſuum libri qui dicitur Leuiticus* DCCCLIX. Videtur

(*) Iudaeorum aliquis, ipſe סופר, qui legem iam aliquoties deſcripſit, putabat, vocem hanc עם abbreuiate ſcriptam eſſe pro ארורים מי coll. Deut. XXVII. 26. Tunc vero ſenſus eſſet: *maledicti qui non ſtabilient legem hanc deſcribendo.*

tur vero variantem lectionem in prima voce Leuitici exprimere voluiſſe. Tandem Maſoretha ſequentia adiecit: סך פסוקי דסיפרא שמונה מאות וחמשים ותשע וחציו והנגע בבשר הזב ופרשיות י׳ וסימנין בג׳ בג׳ . כה׳ סדרין: *Summa verſuum libri octingenti et quinquaginta nouem. Et medium eius Leu. XV. 7. Et Paraſchae decem: et ſigna earum* בג בג. *XXV. Ordines.* Maſora autem impreſſa numerat XXIII. capita antiquata. In fine libri Numerorum Scriba poſuit: קלב, quae literae efficiunt numerum 132. ſicuti et in בלק quod infra ſcripſit Maſoretha. Tot enim verſiculos continet vltima Paraſcha in Numeris. Deinde literis paulo minoribus addidit Scriba: מנין הספר אלף ומאתים ושמנים וחמשה פסוקים: *Sectiones libri mille ducenti octuaginta et quinque verſus:* vel 1288. ex mente Maſorethae, qui וחמשה transfixit, et in margine ſcripſit ושמנה; ſiquidem et priorem ſcriptionem continuans addidit אפרח סימן, adeoque tale vocabulum pro ſigno elegit, cuius literae numerum 1288. efficiunt. Eiuſdem etiam manu ſequentia verba adpoſita ſunt: וחציו והיה האיש אשר אבחר וצריך להניח ד׳ שטין בין כל ספר וספר: *Et medium eius Num. XVII. 20. Et neceſſe eſt relinquere quatuor lineas inter omnem librum et librum.* Quae tamen regula hic obſeruata non eſt. Abſoluto Deuteronomio, poſt admonitionem חזק maiuſcule exaratam, iiſdem ac in textu literis adpoſuit Scriba: סכום פסוקי דאוריתא חמשא אלפין ותמני מאה ארבעין וארבעה: *Numerus verſuum fontis* (ſcil. ſapientiae, ſiue legis) *quinquies mille et*

 octin-

octingenti quadraginta et quatuor: vel ex mente Masorethae, qui expuncta postrema voce substituit ושׁשׁה, 5846. In Masora impressa autem numerantur 5845. versus. Praeterea vero adhuc sequentia in nostro Codice hic annotata leguntur סך פסוקי דסיפרא הֹנֹץ מספר כל הפרשיות נֹגֹ וכל הסדרים קֹנֹד חצי אות ו׳ דגחון: *Summa versuum libri,* (Deuteronomii) *nongenti quinquaginta quinque. Numerus omnium Paraſcharum LIII. et omnes ordines CLIV. Medium litera* ו *in* גחון Leu. XI. 42. maiuscule scripta. In Cantici canticorum fine haec inuenitur nota Masorethica: סכום פסוקי דסיפ׳ קֹיֹהֹ וסימ׳ יֹעֹלֹהֹ וחציו נרד וכרכום. *Numerus versuum libri CXV. et signum eius* vocabulum יעלה, *et medium eius Cant. IV.* 14. Liber Ruth nullam subinctam habet notam, in qua versus numerati essent. Post vltimum Threnorum versiculum, Scriba in ipso contextu versum 21. qui etiam punctis vocalibus et accentibus instructus est, repetiit. Iudaei enim ob tristius versiculi vltimi argumentum penultimum reiterare solent, in ישעיה Iesaia, תרי עשר duodecim Prophetis minoribus, קינות Threnis, et קהלת Ecclesiaste: qui libri signo יֹתֹקֹקֹ indigitantur, etiam hic literis minoribus a librario addito. Hic vero relicto aliquo interuallo sequentem in modum pergit: סכום הפסוקים שׁל ספר מאה וחמשים וארבעה. *Numerus versuum libri centum et quinquaginta quatuor.* Masoretha autem in spatio illo haec verba inseruit: מנין פסוקי דסיפ׳ קֹנֹד וסי׳ קֹדֹיֹםֹ וחציו לדכא תחת רגליו:. *Numerus versuum libri CLIV. Et signum*

קדים

קרים. *Et medium eius Thren. III. 34.* Penultimus Ecclesiastae versiculus itidem repetitur a scriptore Codicis, punctis vocalibus etiam munitus, licet ס in סוף ordinariam seruet magnitudinem. Eadem quoque hic recurrit Scribae nota סימן יהלק; quam excipit Masorethae obseruatio: סכום פסו׳ דסיפ׳ מאתים ועשרים ושנים וסימנ׳ אוריה וחציו כי בתבל בא וסדריו ד׳: *Numerus versuum libri ducenti et viginti duo: et signum eius* אוריה. *Et medium eius Eccles. VI. 4. Et ordines eius quatuor.* Vbi explicit Estherae libellus, Masoretha addidit סכום פסוקי דסיפ׳ מאה וששים ושבעה וסימן קסז וחציו ותען אסתר המלכה וסדריו ה׳: *Numerus versuum libri centum et sexaginta septem, et signum* קסז (cuius singulae literae efficiunt numerum 167. licet hic ז eandem ac Nun finale habeat figuram). *Et medium eius Esth. V. 7.* (qui in nostro Codice verbis istis ותען אסתר המלכה incipit, quamuis vocabulum המלכה, quod in impressis deest, a manu seriori fuerit transfixum.) *Et ordines eius quinque.* Tandem in clausula libri Iobi Masoretha annotauit: סכום פסוקי דסיפ׳ אלף ושבעים וחציו אשר קמטו וסדריו ח׳: *Numerus versuum libri mille et septuaginta: et medium eius Iob. XXII. 16: et ordines eius octo.* In hoc ipso vero Iobi libro commata Cap. XIX. 24. 25. ita transposita sunt, vt vers. 25. praecedat.

§. 18.

Sectiones siue Paraschae minores in hoc Codice certis spatiis a seinuicem distinguuntur; ni- *Parascha.*

mirum apertae per integrae fere lineae, clauſae vero per dimidiae lineae, interdum etiam vnius tantum vocis vel duarum interuallo. Simili ratione in libris Moſaicis Paraſchae maiores ſeiunctae ſunt; praeterea vero prima earum vox maiuſcule picta, haud raro etiam flore in margine condecorata cernitur. Numerus Paraſcharum maiorum Pentateuchi eſt vt in impreſſis LIV. quae, praeter illas quae cum cuiuslibet libri exordio incipiunt, ſequenti ratione ſignatae ſunt. Paraſchae ſecundae librarius in margine adſcripſit פר׳, tertiae vero פ ornamento cuidam incluſum. Paraſchae IV. V. VI. quae in impreſſis ſunt apertae, etiam hic praemittunt triplex פ maius, in vacuo integrae lineae interſtitio. Nullum vero tale ſpatium ante Paraſcham VII. clauſam deprehenditur, cuius tantummodo margini סתו׳ adſcripſit סופר. Paraſchae VIII. IX. X. rurſus apertae ſunt, ſimiliter XI. quae in impreſſis eſt clauſa. Duodecima vero hoc peculiare habet, quod nullo plane interpoſito ſpatio, quamuis voce maiuſcula incipiat. Rationem cur hanc ſectionem legalem a praecedenti in codicibus ſuis non diſtinguant Iudaei, indicauit Io. HENR. MICHAELIS in Var. Lect. ad Gen. XLVII. 28. Paraſchae XIII. exordium cum initio Exodi coincidit; ſed in ſequentibus Paraſchae apertae praemittunt triplex פ maius, clauſae vero non vt in impreſſis triplex ס maiuſculum, ſed פ ſimplex. Hac ratione apertae hic ſunt XV. XVII. XVIII. XX. XXII. XXIII. licet impreſſi XX. XXII. et XXIII. clauſis annumerent; clauſae vero in noſtro Codice ſunt XIV. XVI.

XIX.

XIX. XXI. quamuis impressi XIX. et XXI. inter apertas referant. Leuitici initium iterum Paraschae XXIV. exordium determinat. Deinde apertae in hoc Codice sunt XXVI. XXVIII. XXIX. XXX. licet impressi XXVI. pro clausa habeant; clausae vero XXV. XXVII. (quae post spatium vnius tantummodo vocis incipit, nec פ maiusculum praemittit,) XXXI. XXXII. et XXXIII. quamuis in impressis apertae sint XXV. XXVII. XXXI. XXXII. et XXXIII. A primis libri Numerorum verbis incipit simul Parascha XXXIV. Postea apertae sunt XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. XLI. et XLII. sed clausae XXXV. XL. et XLIII. licet XXXV. et XLIII. in excusis apertis annumerentur. Idem rursus cum Deuteronomio initium habet Parascha XLIV. Postea vt apertae signantur XLV. XLVI. XLVII. L. item LIII. et LIV. quae tamen nec triplex nec simplex פ praemittunt; vt clausae vero XLVIII. et XLIX. sine praeuio פ, porro LI. et LII. quae iterum nullam praemittit literam, immo ne quidem primam vocem maiusculam exhibet, sed non nisi flore in margine adpicto distinguitur. Differunt vero hic iterum exemplaria typis excusa, in quibus Parascha XLV. et XLVII. clausa, LI. autem et LII. aperta est. Caeterum in fine cuiuslibet Paraschae, Masoretha numerum versuum eiusdem certis vocabulis symbolicis indicauit. Ipse vero סופר plerumque eundem numerum literis illum significantibus expressit: nimirum sub finem Paraschae VII. VIII. IX. X. XI. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXIX.

XXX. XXXI. XXXII. XXXVII. XXXVIII. XL. XLI. XLII. XLIII. XLIV. XLV. XLVII. XLVIII. XLIX. L. Poſt Paraſcham vero LII. in margine poſuit literam ע, quae indicat, in praecedentibus duabus Paraſchis LI. et LII. ſeptuaginta verſiculos inueniri.

§. 19.

Maſora. Singuli etiam Codicis noſtri libri Biblici, exceptis tamen Haphtaris, Maſoram additam habent paruam pariter ac magnam. Praeliminaris autem non niſi in ipſo libri veſtibulo conſpicua eſt, quae particulas Maſorae maximae in ſe continet literis minutiſſimis deſcriptas, et in varias figuras admodum intricatas redactas, adeo vt ſententiarum initium et finis inuentu perquam difficilia ſint. Cingitur vero parallelogrammate ex ſcriptura illa conſtante, quam ſupra §. 17. p. 31. ſq. exhibuimus; vbi etiam obſeruationes Maſorethicas recenſuimus in fine cuiuslibet libri Biblici inueniendas. Maſora parua cum in margine, tum in ſpatiis intercolumnaribus conſpicitur; parca tamen et ea quae in editione *Buxtorfiana* inuenitur contractior. Idem valet de Maſora magna, quae duas tantummodo in ſuperiori cuiuslibet paginae parte, in inferiori vero tres vel quatuor lineas occupat; animalium tamen imagunculis (quae vulgo nouitatis Codicum indicium eſſe perhibentur,) nunquam innexa eſt: quamuis hinc inde longius in marginem protracta ſit, vel ad quadratorum triangulorumque figuras efformata, rariſſime in inferiori paginae parte in plures circulos ducta. Interea ſic dicto cuſto-

cuſtodi, ſiue vocabulo in fine cuiuſuis octernionis, (poſt tot enim plerumque folia tale ſignum primum ſequentis paginae verbum indicans adponitur,) variae animalium atque monſtrorum figurae circumpictae ſunt, ex ſolis linearum ductibus conſtantes, nullam vero ſcripturam exhibentes. Cuſtodem hunc ab ipſo Scriba exaratum eſſe, inde colligitur, quod fol. 31. b. vbi in infima paginae parte apparet, adeo vt plenior figura circumſcribi nequiuerit, ſupra eundem piſcem tantummodo pinxerit manus ſerior, Maſorae tamen ſcriptore prior: quippe qui fol. 79. b. Maſoram ex parte ſpatio inter duo capita animalis bicipitis quod iam aderat, inſcripſit. Sic et in aliis locis figura cuſtodi circumpicta ſpatio accommodata cernitur, quod ibidem ſupererat.

§. 20.

Eiuſque praecipuae obſeruationes.

Inter notas Maſorethicas eminent illae, quae peculiaribus nominibus inſigniri ſolent; quo ſpectat α) מוקדם ומאוחר *anterioratum et poſteriorațum*, in illis locis, in quibus literae quaedam tranſpoſitae videntur. Numerantur vero LXII. exigui vt plurimum momenti. Praecipuum fere eorum exemplum eſt Eccleſ. IX. 4. vbi in textu Codicis noſtri vox יבחר ſeruata eſt, in margine vero loco iſtius obſeruationis Maſorethicae, ipſe סופר in margine notauit יחבר ק׳. Quemadmodum et Eſth. I. 16. ad vocem מומכן notam marginalem addidit ממוכן ק׳, Maſoretha vero ס״ב מוק׳ ומאוח׳, LXII. *ſunt vocabula praepoſtere ſcripta.* Eandem obſeruationem Maſoretha adſcripſit Iob. XXVI. 12.

ad ובתובנתו, quod ante ipſius correctionem in textu ſcriptum erat ובתבונתו. Maioris momenti eſſe videntur β) סבירין ſiue *coniecturae* circa eiuſmodi voces, quae recte quidem ſcribuntur in textu, quamuis videri poſſet aliter eas eſſe legendas. Illas Maſora in noſtro Codice in aliis locis annotare ſolet, in aliis vero omittere. Sic Gen. XIX. 23. ad vocem יצא notat ג׳ סבי׳ יצאה *tria putantur legi debere* יצאה. Item Gen. XLIX. 13. ad על צידן obſeruat, nouem eſſe Sebhirin עד. Tales obſeruationes occurrunt etiam Exod. VIII. 20. ad ובית, Exod. XXV. 39. et XXVI. 31. ad יעשה, Cap. XXVII. 19. ad לכל, Num. XXXI. 52. ad שבע, Exod XXXIV. 20. ad כל, etc. E contraria vero parte Gen. XLVI. 23. ad ובני, Exod. XIV. 13. ad כי אשר, Cap. XVIII. 9. ad הצילו, Cap. XXVII. 3. ad לכל, Num. IX. 6. ad ויהי, Deut. XXXI. 18. ad עשה, Cap. XXXII. 9. ad כאשר, 1 Sam. XII. 5. ad ויאמר, 1 Reg. I. 18. ad ועתה, etc. Sebhirin deſiderantur. Inprimis notatu dignae ſunt γ) תקון סופרים ſiue *ordinationes Scribarum*, quibus monere voluerunt lectorem, per εὐφημίαν quaſdam in textu poſitas eſſe voces ab ipſis Scriptoribus ſacris, quum ordinarie aliter ſcribendae fuiſſent. Ex XVIII. exemplis quae numerantur, ſequentia loca in noſtro Codice occurrunt: 1) Gen. XVIII. 22. vbi ad vocem עודנו annotat Maſorae ſcriptor ג׳ יח׳ תקון סופ׳, *eſt ex XVIII. Tikkun Sophrim.* 2) Num. XI. 15. ad vocem ברעתי nulla addita eſt nota. 3) Num. XII. 12. ad vocem אמו haec legitur obſeruatio: יח׳ מלי׳ תקון ספר׳ *octodecim voces Tikkun Sophrim;* ad

בשרו

בשרו vero non item. 4) Iob. XXXII. 3. ad את־איוב nulla in margine legitur nota. Sed 5) Iob. VII. 20. ad עלי haec adponitur: ג׳ מן י״ח תקון סופ׳ *est ex XVIII. ordinationibus scribarum.* 6) Thren. III. 20. ad עלי iterum nulla exstat nota. Oppositum praecedentium obseruationum est δ) עטור סופרים *ablatio Scribarum*, qua monetur, in quinque locis vbi litera ו praefigenda videtur, illam recte in textu abesse. In nostro Codice sequentia occurrunt loca: 1) Gen. XVIII. 5. vbi ad vocem אחר nota ista non inuenitur, potius in ipso textu legitur ואחר. Nec 2) Gen. XXIV. 55. ad eandem vocem talis obseruatio conspicitur. Sed 3) Num. XII. 14. in ipso iterum textu legitur ואחר absque nota marginali: simili prorsus modo ac in Codicibus Erfurtensibus, et omnibus quos R. MENACHEM contulit MSS. Germanicis, Hispanicis et Catalonicis (*). E contraria vero parte 4) Num. XXXI. 2. qui locus vulgo illis annumerari non solet, qui istam obseruationem haberent (†), ad vocem אחר hanc notam margini adscripsit Masoretha: עטור סופר ה׳ מלי׳ *Ittur Sophrim, quinque dictiones.* Tandem nec ε) praetermittenda sunt loca, in quibus ex Masoretharum praescripto פסקא *pausa* siue *cessatio* in medio versu statuitur: quae tamen non indicat, verba quaedam in textu reuera deesse; sed nouam tantummodo incipere materiam. Diuersimode numerum eorum determinat Masora: quum ad Gen. IV. 8. esse XXVIII. talia loca dicat, ad Gen. XXXV.

(*) Vid. IO. HENR. MICHAELIS in Var. Lect. ad h. l.
(†) Conf. tamen MICHAELIS in Var. Lect. l. c.

22. vero tantummodo XXV. numeret. In noſtro Codice non niſi quatuor ex illis occurrunt. Nimirum 1) Gen. IV. 8. non adeſt Piſka in ipſo textu, licet poſt vocem אחיו in margine additum ſit vocabulum פליגמא *diuiſio, hiatus* (*). 2) Gen. XXXV. 22. Piſka exprimitur ſpatio integrae lineae, cum nota marginali ג׳ פליג׳ בתו׳ *tres hiatus in lege.* 3) Num. XXV. 19. vero dimidiae lineae ſpatio, addita in margine obſeruatione יח׳ פליג׳ במצ *octodecim hiatus in medio.* Eodem ſpatio 4) Deut. II. 8. exprimitur, in margine autem Maſoretha ſcripſit: יח׳ ג׳ פליג׳ XVIII. III. (ſcilicet in lege) *hiatus.* Vnde conficitur noſtri Codicis Maſoretham non niſi octodecim numerare loca Piſkata.

§. 21.

Speciatim Karjan et Chetibban. Maximam prae caeteris Maſoretharum obſeruationibus attentionem illae merentur, quae ſub nomine קרי וכתיב *lecti* et *ſcripti* veniunt. In noſtro MSto Keri vt plurimum in margine adiectum eſt, et quidem a Maſorae ſcriptore: rariſſime ab ipſo librario, ſemel nempe in Geneſi Cap. XIV. 2. in libellis Ruth et Eſther aliquoties, in Threnis fere ſemper, ſemel denique in vltima pericopa Ier. III. 2. Immo in quibuſdam dictis Keri in margine conſpicitur, quod in impreſſis non inuenitur, vt Iob. V. 5. XXII. 24. XXVII. 15. XXXVIII. 12. XL. 17. et Ier. IX. 9. quemadmodum

(*) Vocabulum hoc a Rad. פלג deriuandum, peregrino פריגמא praeferendum videtur, quo Rabbini ad ſignificandum *Piſka* vti ſolent. Hoc enim a graeco πρῆγμα deriuat IOH BVXTORFIVS in Lexico Chald. et Talm. p. 1799. quia eiuſmodi hiatus negotium faceſſunt lectoribus.

dum ex variis lectionibus Sect. 3. exhibendis patebit. Exſtant tamen loca nonnulla, in quibus lectio τȣ̃ Keri in ipſo textu expreſſa eſt, abſque nota marginali. Quo ſpectant Eccleſ. XI. 9. et in Haphtaris, Ieſ. XLII. 24. Obad. v. 11. Ezech. XXXVII. 16. Ierem. XLVI. 27. Iud. IV. 11. 19. Ier. XXXIV. 11. 1 Reg. VI. 10. Ierem. VIII. 1. 6. Ieſ. XLIV. 24. Ier. XVII. 10. 11. 13. Zach. IV. 2. Ioſ. II. 13. Ier. II. 20. 25. Ieſ. LII. 2. 5. LXII. 3. LXIII. 9. LIV. 13. 1 Sam. XX. 24. 38. 2 Reg. XII. 12. 1 Sam. XV. 16. Ezech. XLVI. 9. 2 Sam. XXII. 8. 15. 33. 34. 51. Ieſ. X. 32. XII. 5. Habac. III. 14. 1 Sam. I. 17. II. 3. 9. 10. Ieſ. LVIII. 14. Ion. I. 14. Zach. XIV. 6. Porro in Iobi libro, Cap. I. 10. VI. 29. VII. 1. IX. 13. X. 20. XV. 7. 15. 31. XXI. 20. XXIV. 1. 6. XXVI. 12. XXX. 11. 13. 22. XXXI. 11. XXXII. 18. XXXIII. 19. 21. XXXVII. 12. XXXVIII. 11. 41. XXXIX. 26. XLII. 2. 10. 16. et in addita Ieremiae ſectione, Cap. II. 33. III. 4. 7. 19. IV. 5. 19. V. 7. VI. 6. 7. 21. 25. VII. 22. VIII. 15. IX. 7. Tandem nec deſunt loca, in quibus lectio τȣ̃ Chetibh in textu ſeruatur, nullo in margine addito Keri. Nimirum Eſth. I. 5. et inter Haphtaras, Ieſ. XLII. 20. LIV. 16. 1 Reg. I. 27. Ezech. XXXVII. 19. XXIX. 4. 1 Reg. VI. 5. 6. Ier. VII. 22. 2 Reg. V. 9. VII. 12. Iud. XIII. 17. 18. 1 Sam. XII. 5. Ier. I. 5. 1 Reg. XIX. 4. Ier. III. 4. Ieſ. LXVI. 17. Ezech. I. 8. Nec non in Iobo, Cap. V. 18. XIV. 5. XV. 22. XX. 22. XXXIII. 28. et in pericopa ex Ieremiae vaticinio ſubiuncta, Cap. IV. 30. VI. 29. VIII. 1. IX. 13. et X. 17. Singula exempla, paucis exceptis quippe ſenſum non mutantibus, inter varias Lectiones infra exhibendis curatius reſenſebo.

SECTIO II.

CODICIS MSTI IN BIBLIOTHECA REGIA DESCRIPTIO.

§. 1.

Summaria Codicis recensio.

Aliqualem Codicis huius notitiam suppeditant verba internae faciei ligaturae inscripta, quae ita se habent: *Codicum Propheticorum hic liber, Exemplaris praesentis, quod chartae Pergamenae inscriptum, initio et fine lacerum, incipit a verbis* הריעו כי־נתן יהוה לכם את־העיר, *fracto sono clangite, tradidit enim vobis Dominus ciuitatem istam. Ios. VI. 15. al. 16. Desinit idem in verbis* וילך חלקיהו ואשר, *abiit ergo Helkias et qui. 2 Paral. XXXIV. 22. Hunc Cl. Iohannes Stephanus Ritangelius ad Bibliothecam Serenissimi Principis Electoris Brandenburgensis Prussiam inferri curauerat, circa Annum a nato Christo 1641. circiter; a Podlachiae, Russiae aut Podolliae Iudaeis, cum quibus ille fuerat conuersatus suo tempore. Id quod, partim inquisitione debite facta, partim e superiorum notitia temporum, desuper requisitus, attestor. Regiomonti 1676. M. Stephanus Gorlouius, P. P. Hebraeae Linguae et Orientalium Ordinarius.* Non satis determinate hic ex-

exprimitur, cuiusnam regionis Iudaei antea huius Codicis fuerint possessores. Qui vero meminerit, laudatum RITTANGELIVM varias Asiae et Africae oras peragrasse, et per duodecim fere annos Constantinopoli cum Rabbinis eius loci versatum esse (*); facile in eam delabetur coniecturam, ex Oriente illum et hunc asportasse Codicem: maxime, quum ipse in notis ad librum *Iezirah* a se editum p. 148. scribat, se varia MSta ex Tartaria, Turcia et Aegypto secum attulisse. Dictum autem GORLOVII testimonium exhibet quoque IO. CHR. WOLFIVS Tom. 2. Bibl. Hebr. p. 320. collat. Tom. 4. p. 96. qui praeterea p. 299. CASP. LEDEBVHRIVM eodem Codice vsum esse, commemorat. Scripserat enim hic in Praefatione *Catenae Scripturae, in qua ratio accentuum exponitur*, p. 7: *Porro varia quae in adornando hoc opere requirebantur Biblicorum voluminum exemplaria, munificentissima Dei prouidentia suppeditauit: MStum scilicet Aulae Regiomontanae Pentateucho truncato* etc. Qui liber, quum Lugduni Batauorum A. 1647. prodierit, patet, haud multo post, quam in Bibliothecam Electoralem venerit Codex noster, eo vsum esse LEDEBVHRIVM. Caeterum et b. Parens meus MICH. LILIENTHAL in descriptione Bibliothecae Arcis (†), huius Codicis mentionem fecit, hisce verbis: *Codex Hebraeus librorum quorundam Biblicorum in membrana scriptus, cum punctis vocalibus et accentibus ab*

alia

(*) Vid. PETR. BAYLE *Diction. Hist. et Crit. Tom. 3. Art. Rittangelius Not. B.*

(†) Vid. *Erleutertes Preussen*, Tom. I. p. 757.

alia manu adscriptis. Codicem hunc, qui incipit a Ios. VI. 15. et desinit in 2 Paral. XXXIV. 22. Ioh. Steph. Rittangelius inferri curauit circa 1641. a Podlachiae aut Russiae Iudaeis emtum. Fol. Tandem et Cel. Beni. Kennicottvs in MSS. Hebraicorum catalogo (†) Codicem nostrum laudauit.

§. 2.

Forma externa. Inscriptus est Codex membranae flauae, quales vitulinae esse solent, in forma quidem Folii minoris, sed satis lata, et ex CCXCV. constat foliis: tot enim hodie adhuc supersunt. Paginae in columnas diuisae non sunt; sed textus per totam paginae latitudinem procedit, ita vt in singulis XXX. lineae textus appareant. Interea libri quorum accentuatio metrica est, Psalmi scilicet, Iobus a Cap. III. 2. vsque ad Cap. XLII. 6. et Proverbia, versuum instar exarati sunt. Factum hinc, vt, quum alternantium linearum prior, in duo quasi hemistichia vbiuis discreta sit certo interuallo a seinuicem distantia, tota pagina speciem duarum columnarum prae se ferat. Quidam etiam Psalmi peculiari modo scripti sunt. Nimirum in Psalmo CXIX. quaelibet sectio alphabethica primam vocem habet maiusculam in medio lineae alias vacuae positam, quam deinde in singulis lineis duo versiculi excipiunt spaciolo a seinuicem distincti. In vltimis vero Psalmis varius deprehenditur linearum positus. Similiter in Prouerbiis voces paginae vltimae et penultimae ita ordinatae sunt, vt interposi-

(†) The State of the printed Hebrew Text of the O. T. Diss. 2. Cap. 5. p. 527.

poſitis ſpatiis vacuis certas triangulorum, rhomborum et parallelogrammatum figuras repraeſentent. Sed etiam in reliquis libris, quorum accentuatio metrica non eſt, cantica Iud. V. et 2 Sam. XXII. diſpari tamen ratione, ςιχηρῶς per lineas ſpatiis a ſeinuicem diſtinctas et alternantes depicta cernuntur. In Threnorum deſcriptione hanc legem obſeruauit librarius, vt Cap. I. II. IV. inter ſingulos verſiculos, Cap. III. vero inter ſingulas ſectiones noua Alphabeti litera incipientes, ſpatiolum duarum literarum interpoſuerit; Caput denique quintum in duas diſtinxerit columnas, ſingulis lineis duo aſſignando commata ſpatiolo a ſeinuicem ſeiuncta. Catalogus regum a Ioſua deuictorum Ioſ. XII. 9. ſq. fere eodem modo, in tribus tamen columnis conſignatus apparet, ac in impreſſis. Similiter locus Eccleſ. III. 2-8. in quatuor columnis a ſeinuicem paululum diſtantibus exaratus eſt. Ita et Eſth. IX. 7. ſq. nomina filiorum Hamanis vnum ſub altero ita recenſentur, vt in excuſis fieri ſolet. Tandem et catalogus cantorum 1 Chron. XXV. 10-29. peculiari modo ſcriptus deprehenditur: ita vt quaelibet linea contineat duos verſiculos ſpatiolo a ſeinuicem in medio diſcretos. Haec ſi excipias loca, nulla caeterum in Codice columnarum inuenitur diſtinctio. Ligatura libri ex Pergameno recentiori tunc demum adornata videtur, quum in Bibliothecam Electoralem veniret. Num aliam antea habuerit compacturam incertum quidem eſt; iterum tamen compactum eum eſſe, exinde colligitur, quod quaedam ſubinde in margine abſciſſa ſint:

v. g.

v. g. ad Ief. VI. 1. vbi poffeffor quidam olim margini adfcripferat וישמע יתרו, fcilicet hifce verbis incipere Parafcham iftam, cui haec Haphtara refpondet, tantum marginis fpatium abfciffum eft, vt vix literae וישמע י fuperfint. Mafora vero in fuperiori folii parte pofita, in compluribus locis bibliopegi amputatione truncata eft.

§. 3.

Contenta et lacunae. Videamus iam, quinam libri Biblici hoc Codice contineantur, vel integri vel mutili. In initio tria folia deficere videntur. Nam quum alias vt plurimum finito octauo folio cuftos fubfcribatur primam fequentis paginae vocem indigitans; primae octernionis cuftos hic in fine quinti folii deprehenditur. Incipit ergo Codex ab initio mutilus a Iof. VI. 16. vltimis quippe verficuli verbis הריעו כי־נתן יהוה לכם את־העיר׃. Poft Iofuam fequuntur reliquae Prophetae priores, Iudicum nempe, Samuelis et Regum libri. Quae 2 Reg. XVI. 11. poft huius verficuli initium fequuntur, vfque ad Cap. XVII. 31. in ipfo textu per errorem omiffa funt; ita vt immediate poftrema verba v. 31. אלהי ספרוים adiiciantur. Peculiare tamen folium annexum eft, in quo eadem manu eodemque quo textus fcriptus eft atramento, lacuna haec fuppleta cernitur: addito fimul ad 2 Reg. XVI. 11. in margine figno, qua lectorem monere voluit Scriba, contenta folii iftius hoc loco effe inferenda. Prophetae pofteriores ita excipiunt priores, vt primus eorum fit Ieremias, quem fequitur Ezechiel, hunc vero Iefaias; quo abfoluto ad-

additi ſunt duodecim Prophetae minores. Hagiographa vero ſequentem tenent ordinem: Ruth, Pſalmi, Iobus, Prouerbia, Eccleſiaſtes, Canticum, Threni, Daniel, Eſther, Ezra cum Nehemia, quippe qui immediate cohaerent, Chronicorum denique libri, qui hic itidem vnicum volumen conſtituunt. Interea initium Hagiographorum, quae in noſtro Codice a libello Ruth ordiuntur, deeſt: adeo vt nouum folium incipiat a Cap. II. 4. eiuſque verbis מבית לחם. Ex ſpatio tamen quod ſequentia occupant facile colligitur, folii huius deficientis verſam tantummodo paginam textum inſcriptum habuiſſe. Num vero anterior eius pagina vacua fuerit relicta, an Maſoram quandam continuerit praeliminarem, non conſtat. In libris quoque Chronicorum hiatus duorum foliorum deprehenditur. Nimirum a 2 Chron. XIV. 10. cuius prima tantummodo verba ויקרא אסא אל־יהוה אלהיו reſtant, vſque ad Cap. XIX. 8. cuius vltima verba למשפט יהוה ולריב וישבו ירושלם in noui folii initio leguntur. Tandem et in fine mutilus eſt Codex noſter. Explicit enim poſt verba priora 2 Chron. XXXIV. 22. וילך חלקיהו ואשר: adeo, vt quemadmodum ex ſpatio facile colligi poteſt, duo folia deſiderentur.

§. 4.

Paraphraſeos Chaldaicae particula.

In vnico tantummodo loco Paraphraſis Chaldaica IONATHANIS filii VZIELIS addita eſt; ſed ſi prima verba exceperis, punctis vocalibus haud inſtructa: nimirum ad Ieſ. X. 32-34. Cap. XI. et XII. totum. Haec ab illa, quae in Bibliis Polyglot-

tis Londinenſibus legitur, maxime in initio haud parum diſcrepat, nec ei quae in Antwerpienſibus exhibetur plane conuenit. Operae hinc pretium iudicauimus verſiculos ad Cap. X. ſpectantes, prouti in noſtro Codice leguntur, hic deſcribere, addita e regione eorundem verſione, ſubſcripta vero illius quae in Polyglottis Londinenſibus inuenitur interpretatione: in qua verba quae diuerſis typis expreſſa ſunt, in Antwerpienſibus deſiderantur. Sequentem vero ad Cap. XI. et XII. Paraphraſin, ex ſola Polyglottorum Londinenſium verſione exhibuiſſe ſufficiet; adiectis tamen in margine lectionum diſcrepantiis.

TARGVM *ad Ieſ. X. 32.*

Adhuc iam dies magnus et multum temporis ei vt ingrediatur. Ecce Senacharib Rex Aſſyriorum profectus eſt et tranſiit tres ſtationes, duxitque ſecum quater mille filiorum regum redimitorum corona, ſedentium in eis:	עוֹד כְּעַן יוֹמָא רַבְרַב וְסַגִּיא עִידָּן לֵיהּ לְמֵיעַל הָא סַנְחֵרִיב מַלְכָּא דְאַתּוּר נְטַל וַעֲבַר תְּלַת אוֹרְנִין וּדְבַר עִמֵּיהּ אַרְבְּעָא אַלְפִּין דִּבְנֵי מַלְכִּין קְטִירֵי תַגָא דְיָתְבִין בְּהוֹן

Adhuc dies magnus et multum tempus ei vt ingrediatur. Ecce Senacharib Rex Aſſyriorum *profectus eſt et tranſiit tres ſtationes, duxitque ſecum quadragies mille ſedilia aurea, quibus filii regum redimiti coronis inſidebant, adduxit etiam ſecum ducen-*

eis (*): et adduxit ſecum ducenta millia gerentium gladios et haſtas, viros praecurrentes ante eum centies mille: numerus copiarum eius ducenta et ſexaginta millia myriadum minor vno: longitudo caſtrorum eius quadringentae paraſangae, ceruix equitatus eius quadraginta paraſangae. Exercitus primus tranſmiſſo Iordane epotauerunt aquas quae erant in Iordane. Exercitus ſecundus

בהון ודבר עמיה מאתן
אלפין אחידי סיפין
ורומחין גברין דרהטין
קדמוהי מאה אלפין מנין
משריתיה מאתן ושתין
אלפין ריביא חסר חד
ארכא דמשריתיה ארבע
מאה פרסין צואה
סוסותיה ארבעין פרסין
משריתא קדמאה כד
עברו בירדנא שתו מיא
דהוו בירדנא משריתא
תניתא

ducenta millia gerentium gladios et haſtas, praeterea ducenta et ſexaginta millia ſagittariorum, viros praecurrentes eum centies mille: longitudo caſtrorum eius quadringentae paraſangae, ceruix equitatus eius quadraginta paraſangae, numerus copiarum eius ducenta et ſexaginta millia myriadum minor vno: et ſic venerunt in Abraham, quando coniecerunt eum in medium ignis ardentis, ſic etiam venturi ſunt cum Gog et Magog, cum abſoluerit mundus terminum ſuum. Exercitus primus tranſmiſſo Iordane epotauerunt aquas quae erant in eo: *exerci-*

(*) Scil. ſedilibus aureis. Verba enim בוספסין דדהב quae poſt אלפין in Polyglottis leguntur, omiſiſſe videtur Scriba.

dus transmiſſo Iordane exhauſerunt in veſtigiis equorum ſuorum, et biberunt aquas. Exercitus tertius tranſmiſſo Iordane non inuenerunt ibi aquas, et foderunt puteos et biberunt aquas. Veniet et ſtabit in Nobe vrbe ſacerdotum contra murum Hieruſalem. Reſpondet et dicet exercitui ſuo: haeccine eſt illa ciuitas Hieroſoſymae contra quam congregaui omnia caſtra mea, et propter quam preſſi omnes prouincias meas? Ecce ipſa minor eſt et infirmior cunctis munitionibus populorum,

תיניינא כד עברו בירדנא דלו בעקבי סותוותהון ושתו מיא משריתא תליתאה כד עברו בירדנא לא אשכחו תמן מיא וחפרו בירין ושתו מיא אתא וקם בנוב קריית כהניא לקבל שורא דירושלם עני ואמר לחילותיה הלא דא היא קרתא דירושלם דעלה ארגישית כל משריתי ועלה כבישית כל מדינתי הא היא זעירא וחלשא

exercitus ſecundus tranſmiſſo Iordane exhauſerunt veſtigia equorum et biberunt aquas: exercitus tertius tranſmiſſo Iordane foderunt puteos et biberunt aquas. Veniet et ſtabit in Nobe vrbe ſacerdotum, contra murum Hieruſalem. *Et* reſpondet et dicit exercitui ſuo: haeccine eſt illa ciuitas Hieruſalem, contra quam congregaui omnia caſtra mea, *et propter quam preſſi omnes prouincias meas?* Ecce ipſa *minor et* infirmior eſt cunctis munitionibus populo-

rum, quas ſubieci in fortitudine manus meae. Contra eam ſtabit et commouebit caput ſuum, inferet et trahet manum ſuam ſuper montem domus ſanctuarii et contra atrium quod eſt in Hieruſalem.

וחלשא ממל כרכי
עממיא דכבישית בתקוף
ידי עלה קם ומניד
ברישיה מוביל ומייתי
בידיה על טור בית
מקדשא ועל עזרתא
דבירשלם:

populorum, quas ſubieci in fortitudine manus meae. *Contra eam* (*) ſtabit, commouebit caput ſuum, ſuper montem domus ſanctuarii quae eſt in Sion, et contra Atrium quod eſt in Hieruſalem.

Verſ. 33.

Aegrotauit vlcere magno Senacharib Rex Aſſyriorum. Ecce Dominator ſaeculi Iehouah exercituum proiiciet interfectos in caſtris eius, ſicut vuae calcantur in torculari. Et excelſi ſtatura ſuccidentur, et fortes humiliabuntur.

חלה ראת רברב
סנחריב מלכא דאתור
הא ריבון עלמא ײ
צבאות רמי קטול
במשיריתיה כבעט
דמתבעט במעצרתא
ורמי קומה יתקטפון
ותקיפיא ימאכון:

Ecce Dominator ſaeculi Dominus exercituum proiiciet interfectos in caſtris eius, ſicut cum vuae calcantur in torculari. Et excelſi ſtatura ſuccidentur, et fortes humiliabuntur.

(*) Hic in Antwerp. inſertum: *Aſcendet et.*

Verſ. 34.

Et occidentur robuſti exercitus eius, qui fortes ſunt ſicut ferrum, et bellatores: ſuper terram Iſraelis cadent cadauera eorum.	ויתקטלון גברי משריתיה דמתגברין כברזלא ועבדי קרבא על ארעה דישראל יתרמון נבלתהון:

Et occidet robuſtos exercitus eius, qui fortes ſunt ſicut ferrum, et bellatores eius ſuper terram Iſraelis cadent.

Cap. XI. 1.

Et egredietur Rex de filiis Ieſſe, et Chriſtus de filiis filiorum eius vngetur.

Verſ. 2.

Et reſidebit ſuper eum ſpiritus Prophetiae *(a)* a facie Domini, ſpiritus ſapientiae *(b)* et intellectus, ſpiritus conſilii et fortitudinis, ſpiritus ſcientiae *et timoris (c)* Domini.

(a) נבואה omittitur in noſtro Codice.

(b) pro חוכמא legitur חכמתא.

(c) Ita et noſter. Antw. vero *in timore.*

Verſ. 3.

Et applicabit eum *ad timorem Dominus (d)*: non ſecundum viſionem oculorum ſuorum iudicabit, neque ſecundum auditum aurium ſuarum arguet.

(d) pro לדחלתיה ײ leg. לדחלתא דײ *ad timorem Domini.*

Verſ.

Verſ. 4.

Sed iudicabit in veritate pauperes, et arguet in fide pro egenis *(e)* populi *terrae (f)*: et percutiet peccatores terrae verbo oris ſui, et in eloquio *(g)* labiorum ſuorum occidet *Armillum (h)* impium.

(e) pro מחשיכי legitur לחשיכי *egenos.*

(f) Ita et noſter.

(g) pro ובממלל legitur ובמלל.

(h) ארמילוס deeſt vt in Antw. ita et in noſtro Codice. Fabulas Iudaeorum de *Armillo* ſiue Antichriſto vid. apud IOH. MORINVM in *Exerc. Eccleſ. et Bibl. Lib.* 2. *Exerc.* 8. *Cap.* 3. *p.* 332. Cuius proinde argumentum, quod ex Armilli commemoratione pro nouitate Paraphraſeos Chaldaicae in Prophetas l. c. deſumit, minus ſufficiens eſt.

Verſ. 5.

Et erunt iuſti in circuitu eius, et fideles accedent ad eum.

Verſ. 6.

In diebus Chriſti Iſrael *(i)* multiplicabitur pax in terra. Et habitabit lupus cum agno, et leopardus cum haedo commorabitur, et vitulus *(k)* et leo et aries pinguis ſimul erunt, et puer paruulus minabit eos.

(i) pro דישראל noſter legit בר דוד *filii Dauid.*

(k) pro ועגלא legitur ועיגל.

Verſ. 7.

Et bos et vrſus paſcentur, ſimul morabuntur filii eorum, et leo ſicut bos comedet paleas.

Verſ. 8.

Et delectabitur infans ſuper foramen aſpidis; et ſuper viſum conchae oculorum *(l)* ſerpentis reguli, qui ablactatus eſt mittet manum ſuam.

(l) pro עיני leg. עינוהי.

Verſ. 9.

Non male facient neque nocebunt in omni monte ſancto meo, quia implebitur terra ſcientia *(m)* timoris Domini, ſicut aquae operiunt mare.

(m) pro למרע ית leg. מרע.

Verſ. 10.

Et erit in tempore illo filius filiorum Ieſſe, qui futurus eſt *(n)* vt ſtet in ſignum populorum; ipſi regna *(o)* obedient, et erit locus manſionis eius gloria.

(n) עתיד deeſt in noſtro Cod.

(o) pro מלכן legitur מלכותא.

Verſ. 11.

Et erit in tempore illo, adiiciet Dominus ſecundo per potentiam ſuam,

vt

vt liberet reliquias populi ſui quae relinquentur de Aſſur, et de Aegypto, et de Phetros, et de India, et de Elam, et de Babylonia, et de Emath, et de inſulis maris.

Verſ. 12.

Et leuabit ſignum populis, et congregabit diſperſos Iſrael, et tranſmigrationem Iuda applicabit a quatuor ventis terrae.

Verſ. 13.

Et auferetur zelus *domus* (p) Ephraim, et qui anguſtia afficiebant domum Iuda excidentur: viri domus Ephraim non aemulabuntur domum (q) Iuda: et viri domus Iuda non anguſtiabunt domum Ephraim.

Verſ. 14.

Et coniungentur humero vno, vt percutiant Philiſtaeos qui ſunt in occidente (r), ſimul praedabuntur filios orientis. In Idumaeam (s) et Moab extendent

(p) Antw. *de domo.* Ita et noſter מרבית.

(q) pro בדבית legitur לדבית.

(r) pro די במערבא leg. ודמערבא.

(s) pro באדום leg. אדום.

dent *(t)* manus ſuas, et *(t)* pro יושיטון legitur filii Ammon obedient eis. אושטות *extenſio.*

Verſ. 15.

Et exſiccabit Dominus linguam maris Aegypti *(u)*, et eleuabit plagam fortitudinis ſuae ſuper Euphratem; et percutiet eum in ſeptem torrentes, et ibunt in eo cum calceamentis.

(u) pro דמצרים legitur דמצראי.

Verſ. 16.

Et erit via ſtrata reliquis populi ſui, qui remanſit *(x)* de Aſſur, ſicut fuit Iſraël in die quo egreſſi ſunt de terra Aegypti.

(x) pro דישתאר legitur אשתאר.

Deinde in fine paginae adfuit Paraphraſis in Cap. XII. cuius tamen verba a bibliopego abſciſſa ſunt, ita vt non niſi clauſula verſ. 5. בכל ארעא et totus verſ. 6. in margine paginae ſecundum totam eius longitudinem ſcripta ſuperſint.

§. 5.

Punctator a Scriba diuerſus.

Quiſquis etiam fuerit Codicis noſtri Scriptor primarius, nullum enim nominis eius inueniri potuit veſtigium; ab eo tamen punctatorem diuerſum fuiſſe, fere dubitari nequit. Nam quemadmodum in genere puncta pallidiora ſunt literis; ita ea quae סופר ex oſcitantia omiſit, ſaepiſſime punctatoris manu in margine ſuppleta ſunt: v. g. Ioſ. IX.

IX. 7. integer versiculus. Similiter, quae ille minus recte expresserat, punctator correxit, siue in margine, siue in ipso textu, insertis vel suprascriptis literis minusculis; transposita vero impositis literis א et ב in ordinem redegit. Descriptoris autem vitio repetita vel superflue addita non punctauit, potius haud raro virgula transfixit: excepto tamen nomine יהוה aliisque nominibus diuinis, quae quatuor lineolis plerumque circumdata cernuntur. Imprimis vero hoc praetermittendum non est, in locis longe plurimis Scribam lectionem τȣ̃ Keri in ipso textu exhibuisse, quam tamen punctator in lectionem τȣ̃ Chetibh mutauit, addito in margine Keri. Caeterum consulto voces quasdam punctis orbatas reliquit, eas scilicet, quae et absque punctis vocalibus facile legi possunt: nimirum אשר fere vbiuis, interdum הנה, item צבאות, et ישראל, maxime in Ezechiele, vbi tantummodo Tsere sub א positum est. Immo integri versus in praecedentibus aliquoties occurrentes non punctati manserunt: v. g. Ezech. XII. 21. 26. XIII. 1. XIV. 2. 12. etc. Et quum Esr. IV. 3. vocabulum קריתא in textu non satis distincte impressum inuenisset punctator; totam vocem illam punctis instructam in margine sine dubio addere maluit, quam in ipso textu puncta subiicere: quod, ni fallor, indicium est, diu post scriptionem Codicis, et post obliteratas iam aliquas voces puncta demum adiecta esse. Quemadmodum et loca occurrunt, alia et quidem seriori manu punctata: v. g. Dan. VI. 15. posterius hemistichium post Athnachum.

§. 6.

§. 6.

Varii Codicis poſſeſſores.

Quamuis, quo praecife tempore ſcriptus ſit Codex, determinatu difficillimum ſit; varios tamen eius fuiſſe poſſeſſores, antequam in RITTANGELII manus perueniret, ex notis illis marginalibus iisque ſerioribus apparet, diuerſis characteribus diuerſoque atramento literis rotundis exaratis. Illae partim initium et finem Haphtararum deſignant, partim explicationem vocabulorum quorundam difficilium in ſe continent: quemadmodum et nomina ſingulorum librorum hebraica, eodem charactere ſingulis foliis ſuperne adſcripta ſunt. In medio ſpatii illius quod Pſalmos antecedit, manus Rabbinica ſequentia adſcripſit verba: תהלים תהלת יי ידבר פי ויברך כל בשר את שם קדשו לעולם ועד׃. *Pſalmi. Laudem Iehouae enarrabit os meum, et benedicat omnis caro nomini ſanctitatis eius in aeternum et ſaecula.* Et diuerſa ab illa manus in fine Pſalmorum: אנסה הקול לא׳. *Attollam vocem ad Dominum.* In fine autem Prophetarum priorum literis rotundis minoribus a recentiori ſcriptore ſequentia addita ſunt: זה כתורה נר יוסף בר ישעיהו׃. *Hoc* (ſcil. volumen Prophetarum priorum) *mihi ſicut lex eſſe videtur. Ioſephus filius Ieſaiae.* Vnde colligitur, Ioſephum hunc aliquando MSti fuiſſe poſſeſſorem.

§. 7.

Character literarum.

Mediocris eſt literarum character, non quidem ſplendidus, ſatis tamen elegans, licet aliquantulum rotundus: caeterum ab omni ornatu liber et ſimpli-

ſimplicitate ſua ſeſe commendans. Omnes vero literae ad regulum ſcriptae ſunt, qua prius lineata fuit membrana. Literae illae maiuſculae et minuſculae, quae in exemplaribus typis exſcriptis inueniuntur, in noſtro Codice nullibi apparent, praeter Eſth. IX. 9. vbi ו maiuſculum in nomine ויזתא adeſt. Interim Ier. III. 17. in לשם יהוה Iod maiuſculum inuenitur, quod alias in impreſſis ita ſcribi non ſolet: quemadmodum et in האפנים 1 Reg. VII. 32. caſu vt videtur, פ paulo maius pictum eſt ac reliquus contextus. Adeſt quidem Ier. XXXIX. 13. figura quae pro Nun finali paruo haberi poſſit; ſed fere vt Sain efformata eſt haec litera, qualem figuram Nun finale et in aliis locis habere ſolet, quae illis non annumerantur, vbi minuſculum poſcit Maſora: vt taceam, in loco allegato Sain commode retineri poſſe, vt inter Varias Lectiones oſtendam. Nun inuerſum quod Pſalm. CVII. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 40. vel in horum verſuum frontiſpicio requirit Maſora impreſſa ad Num. X. 35. noſter Codex non habet. Suſpenſum vero Nun adeſt in voce מנשה Iud. XVIII. 30. Sed ע ſuſpenſum, quod teſtantibus Talmudiſtis (*) eſt media Pſalmorum litera, in מיער Pſalm. LXXX. 14. non conſpicitur: nec Iob. XXXVIII. 13. 15. licet cornu dextrum huius literae ſupra reliquas paululum emineat, notaque Maſorethica in margine addita ſit: ד׳ אותיות תלויות. Tandem quoad literas et voces ſuperne punctatas, plane conſpirat Codex noſter cum impreſſis. Ita puncta vel potius

Item literae irregulariter ſcriptae.

(*) In Kiddufchin fol. 30.

tius lineolae inueniuntur super voce יצא 2 Sam. XIX. 20. addita nota marginali נקוד: similiter in voce המה Ies. XLIV. 9. cum nota נקו, nec non in ההיכל Ezech. XLI. 20. item in מהקצעות Ezech. XLVI. 22. addita nota marginali, et in לולא Psalm. XXVII. 13.

§. 8.

Literae finales et dilatabiles.

Inter literas finales, Nun, Pe et Zsade haud facile vltra lineae basin protrahuntur, adeo vt Nun finale facile cum Sain confundi queat. Mem vero finale siue clausum in voce לםרבה Ies. IX. 6. etiam hic conspicitur. Sed Neh. II. 13. Mem medianum non inuenitur, vbi loco הם | cum Psik legitur המה. E numero literarum quae in impressis dilatabiles esse solent, hic interdum longius extenduntur ה, ל, ת et ם, praeterea vero etiam ב, ד, ח, כ, ך, מ, ס, ק et ר, item נ et צ, quarum infimus ductus horizontalis longius, immo quandoque vsque ad finem lineae protrahitur. Interim communiter ad explendum reliquum lineae spatium, primae potius adhibentur literae vocis immediate sequentis absque punctis vocalibus. Saepius etiam non nisi signum aliquod Hebraeorum י aut Graecorum ʒ haud dissimile reliquum spatium occupat.

§. 9.

Puncta vocalia et notae diacriticae.

Absque vocalibus initio scriptum esse Codicem, vel saltem a non punctato descriptum, ipsa matrum lectionis frequentia prodit: e quarum numero praesertim Iod per totum Codicem in locis longe pluribus abundat. Idem quod de priori

iam

iam Codice obſeruauimus (§. 14.), etiam de hoc obtinet, nimirum ſaepius הוא et היא inter ſe permutari, voceſque plenas frequenter ſcriptas eſſe, quae in impreſſis ſunt defectiuae, et vice verſa. Similiter et hic Iod in fine vocis plerumque, maxime in voce אדני punctum illud ſubſcriptum habet, quod literam illam moueri indicat. Punctum vero quod Cholem indigitare ſolet, multoties deſideratur, vt alibi, ita imprimis in nomine Tetragrammato. Non quidem vbiuis, communiter tamen Kometz-Chatuph eadem figura (ֳ) pingitur, qua in impreſſis Chatephkometz. In genere Schua compoſitum, vt Chatephpatach, Chatephſaegol et Chatephkometz, diuiſim vbiuis ſcribitur, ita vt tantummodo ַ, ֶ et ָ literae ſubſternantur, Chateph vero ſiue duo puncta non in dextro latere, ſed in ipſo literae ventre appareant. Patach vero furtiuum in vltimis vocum literis eum in modum exprimitur, vt ſimul in ſiniſtro latere duo puncta τῷ Schua adponantur. Quemadmodum in genere puncta literis pallidiora ſunt; ita haud raro Tſere a Patach difficulter diſcerni poteſt, confluentibus nimirum in baſi lineae duobus punctis horizontalibus. Caeterum duplicem interdum lectionem in punctis expreſſit punctator: v. g. Ioſ. XIX. 26. in בכרמל, vbi ſub ב et Patach poſuit, et infra ſcriptum Schua. Item Ieſ. XLVII. 2. etc. Vbi in impreſſis Schua exprimi non ſolet, prouti in vltima vocis litera, hic tantum non ſemper illud ſubſcriptum deprehenditur, in affixo ך autem ventri eius adpoſitum. Punctum diacriticum τῷ ש nunquam in hoc Co-

dice

dice coincidit cum Cholem, ſi huius abeſt fulcrum; potius vbiuis in ventre literae conſpicitur: et quidem ſi litera Schin indicanda eſt, proeminente in dextro cornu lineola: in ſiniſtro autem, ſi litera Sin indigitanda eſt. Saepius etiam virgula mediae lineae τȣ ש addita cernitur, quae dextrorſum appoſita Schin, ſiniſtrorſum vero Sin ſignificat. Dageſch extraordinarium legitur in litera gutturali א vocis ראו Iob. XXXIII. 21. addita in margine nota א׳ דגש. Sed Eſr. VIII. 18. in voce ויביאו non inuenitur, nec in ר 1 Sam. I. 6. in voce הרעמה. Quae tamen litera dageſſata eſt in הראיתם 1 Sam. X. 24. et XVII. 25; in voce שראשי autem Cant. V. 2. non item. Caeterum literis בגדכפת fere ſemper in vocum initio Dageſch lene imprimitur. Literae vero hae dageſſabiles abſque Dageſch efferendae etiam hic lineolam Raphe ſuperſcriptam vbiuis habent, vt in altero Codice: cum quo in eo etiam hic conuenit, quod Mappik ſubſcriptum ſit τῷ ה finali, quod vulgo eius ventri impreſſum eſſe ſolet. Sic etiam figura accentuum fere eadem eſt, quam in altero Codice: de quibus hoc vnice notamus, Athnachum cum Silluko aliquoties permutari. Sic loco Athnachi poſitus eſt Silluk cum Soph-Paſuk Ioſ. IX. 39. 1 Sam. XXIV. 5. 1 Reg. VII. 51. XV. 7. Pſalm. CXLIII. 1. immo loco Sakephgadol in voce לנגרם Neh. XII. 24. vbi adeoque finis verſus per duo puncta ſibi inuicem ſuperimpoſita indicatur. E contraria vero parte pro Silluko Athnach adhibetur 1 Reg. XXI. 14. et quidem bis in eodem verſu. 1 Sam. XX. 24.

§. 10.

§. 10.

Voces maiuſcule ſcriptae.

Nec literae nec voces librorum initiales in noſtro Codice vllis ornamentis condecoratae apparent. In ſingulis tamen libris Biblicis tria vel quatuor vocabula priora duplo maiora, quam in reliquo contextu efformata ſunt. Idem valet de prima voce verſiculorum in quibus Haphtara quaedam incipit: ſimiliter de initio cuiuslibet Pſalmi; porro de exordio ſermonum Iobi, amicorum eius et ſummi Numinis, in Iobi libro, et de ſingulis denique capitibus Threnorum. Praeterea vero vocabulum והוא Pſalm. LXXVIII. 38. reliquis vocibus maius eſt: quo ſymbolo ſine dubio innuere voluit librarius, medium hic incipere Pſalmorum verſum; ſicuti per verbum לפני maiuſcule ſcriptum Prou. XVI. 18. medietas libri indicatur, teſte nota חצי הספר בפסוקים in margine addita.

§. 11.

Verſus biblici.

Librorum aliquot Biblicorum huius Codicis verſiculi in fine eorundem numerantur ab ipſo librario. De libro quidem Ioſuae nihil annotauit; ſed vbi explicit Iudicum liber, ſequentia leguntur verba literis minuſculis expreſſa: מספר הפסוקים דשופטים שש מאות ושמונה עשר: *Numerus verſuum libri Iudicum* DCXVIII. Poſt vtrumque Samuelis librum autem: מנין פסוקים דשמואל אלף וחמש מאות וששה: *Numerus verſuum libri Samuelis* MDVI. Et in vtriuſque Regum libri clauſula: מנין פסוקים של מלכים אלף וחמש מאות ושלשים וארבעה: *Numerus verſuum libri Regum* MDXXXIV. Tot etiam vbiuis verſus nume-

numerant impressi. Sed in fine Ieremiae, qui secundum Masoram impressam 1365. versus continet, nihil quidem annotauit Scriba; manus vero recentior Rabbinica adposuit: מנין פסוקים של ירמיהו אלף ומאתים ושלשים אחד: *Numerus versuum Ieremiae* MCCXXXI. Ezechieli nulla adiecta est nota finalis. Prius vero in Iesaia versiculi penultimi hemistichium post vers. vltimum repetiit Scriba, quod etiam punctis instructum est: deinde vero in spatio illo, quod inter hunc Prophetam et *δοδεκαπρέφητον* interponitur, scripsit: מנין פסוקים דישעיה אלף ומאתים ותשעים אחד: *Numerus versuum Iesaiae* MCCXCI. Dissentiunt hic iterum impressi, qui 1295. commata numerant. Quot versus Prophetae minores pro vno libro computati in se contineant, indicatum non est. Penultimum tamen Malachiae versiculum vsque ad Athnachum in libri fine reiterauit Scriba, cuius reliqua verba a manu longe recentiori sine punctis addita sunt. Versuum notatio in libello Ruth omissa est: similiter in Psalmorum libro. In Psalmo autem CXIX. versiculi 107-109. ita transpositi sunt, vt v. 107. vltimum, v. 108. primum, et v. 109. medium occupet locum. Numerus versuum Iobi iterum non recensetur. Post Proverbia autem Scriba haec annotauit: סך פסוקים דמשלי תשע מאות וחמשה עשר וסימנהון טהי: *Summa versuum Prouerbiorum* DCCCCXV. *et signum eorum* טהי, quae literae dictum numerum indicant, cum impressis consonum. Post vltimum Ecclesiastae comma, Scriba quatuor verba priora versi-

versiculi penultimi repetiit, sed numerum versuum non indicauit: id quod nec in fine Cantici canticorum, nec in Threnorum clausula factum est; vbi tantummodo versiculum penultimum reiterauit, quem etiam punctis instruxit punctator, et denuo in margine Keri illud adiecit quod ad hunc versum iam antea scripserat. Vbi explicit Daniel, in quo 357. versus numerat Masora impressa, sequentia leguntur verba manu librarii sed literis minusculis exarata: מניין פסוקיא דסיפרא שנה. *Numerus versuum libri* CCCLV. Estherae libellus nullam additam habet numeri versuum notationem: qualis nec post Esdram et Nehemiam, qui pro vno libro computantur, adest. Num in fine vtriusque Chronicorum libri versuum numerus annotatus fuerit, determinari nequit, quum vltima Codicis folia temporis iniuria perierint.

§. 12.

Sectiones et Capita.

Quamuis sectiones istae textus minores, quae per spatia maiora vel minora designari solent, in omnibus quoque MSti nostri libris Biblicis occurrant; alio tamen saepissime loco conspiciuntur quam in exemplaribus impressis, a quibus etiam ratione numeri eorundem admodum differunt. Tali vnice interuallo minori liber Nehemiae ab Esdra, et Chronicorum libri a seinuicem seiunguntur. In hisce potissimum libris, possessor quidam Christianus Capita prouti nos ea numerare solemus discernere coepit, literis latinis margini adscribendo Cap. 1. 2. etc. quod etiam interdum in reliquis libris factum est. Caeterum nulla Capitum distin-

ctio antiquior apparet. Soli Pſalmi ſeorſim recenſentur: non tantum quemlibet nouum Pſalmum voce maiuſcula inchoando, verum etiam per litteras Hebraicas in margine poſitas. Differt tamen modus computandi ab illo, quem hodie ſequimur. Equidem Pſalmus primus, quem quidam ex primitiuae Eccleſiae Patribus tanquam totius libri proemium conſiderant, quam etiam ſententiam Codicis Caſſellani ſcriptor fouiſſe videtur (*), adſcriptam habet literam א, vnitatis quippe notam; ſecundus, qui ita etiam vocatur Act. XIII. 33. litteram ב, et ſic porro vſque ad Pſalmum XLI. Sed ſequentes duo Pſalmi cohaerent et vnicum efficiunt, adeo vt ne praemiſſo quidem ſpatio a ſe-inuicem diſcernantur: quemadmodum nec Pſalmus XLIII. primam vocem habet maiuſculam. Hinc Pſalmus, qui nobis eſt quadrageſimus quartus, in margine per literas מג inſignitur: et ſic in ſequentibus numerus continuatur vſque ad Pſalmum LXX, qui in noſtro Codice eſt ſexageſimus nonus, et ſignum סט praefixum habet. Ab hoc vero Pſalmo iterum ſeptuageſimus primus diuerſus non eſt, nec interpoſito interuallo vacuo ab eo diſcernitur. Hinc Pſalmus LXXII. hic in margine notatur per literam ע, adeo vt ſit ſeptuageſimus. Et ſic ſequentes numerare pergit Scriba, vſque ad Pſalmum C. qui hic ſigno צח tanquam nonageſimus octauus computatur. Pſalmo autem centeſimo primo, licet voce incipiat maiuſcula, in margine peculiaris numerus non adſignatur; adeo vt Pſal-

(*) Vid. Io. GEORG SCHIEDE Obſeru. Sacr. biga, p. 36.

Pſalmus CII. notetur per literas צט, tanquam nonageſimus nonus. Hic numerus continuatur vſque ad Pſalmum CXVI. qui hic eſt centeſimus decimus tertius et literis קיג adſcriptis inſignitur. Sed Pſalmus CXVII. et ſequentes non amplius peculiares numerorum notas in margine adiectas habent.

§. 13.

Medietas librorum.

Ad partitionem librorum etiam referri poteſt indicium, vbi cuiuslibet libri medietas inueniatur. Id in noſtro Codice fere vbiuis manu librarii adiectum eſt. Sic in ſpaciolo inter Caput XII. et XIII. libri Ioſuae legitur vocabulum חצי. Et quum Maſora impreſſa medium libri verſum ponat ad Ioſ. XIII. 26; hic a v. 24. vſque ad v. 26. parallelogramma in margine pictum cernitur, cui inſcriptum eſt חצי הספר. Similiter Maſoretha medium libri Iudicum verſum hic ad Iud. X. 8. in margine annotauit; ſed Scriba in ſpatio inter Cap. X. et XI. ſcripſit חצי. Idem vocabulum legitur in ſpatio poſt 1 Sam. XXVIII. 24. et poſt 1 Reg. XX. 43. licet Maſoretha 1 Reg. XXII. 6. pro medio libri verſu in margine declarauerit, manus vero ſerior demum interuallo, quod Cap. 1. et 2. poſterioris libri diſcernit, vocem חצי atramento pallidiori inſcripſerit. Porro medium libri Ieremiae, Scriba inter Cap. XXV. et XXVI. ſolito vocabulo חצי indicauit, etſi Maſora impreſſa medium eſſe verſum dicat Ier. XXVIII. 11. Idem vocabulum חצי manu ſcriptoris exaratum inuenitur poſt Ezech. XXV. 14: ſed Maſora impreſſa Ezech. XXVI. 1.

 pro

pro medio libri versu declarat. Finito Cap. XXXV. medium Iesaiae nota consueta a Scriptore addita indicatur, quod Masora impressa collocat ad Ies. XXXIII. 20. Haec medietatem duodecim Prophetarum minorum pro vno libro computatorum putat esse Mich. III. 12. Noster vero Codex nec hic, nec alibi in isto volumine, quicquam de eo annotauit. In spatio post Ruth. III. 7. iterum חצי posuit Scriba; sed Ruth. II. 21. medietas libri determinatur a Masora impressa. Secundum hanc, Psalmorum medius versus est Psalm. LXXVIII. 36; sed ex sententia Scribae Psalm. LXXVIII. 38. vbi primam vocem maiuscule pinxit. Idem inter Cap. XXII. et XXIII. Iobi vocabulum חצי posuit; Masora impressa autem ad Cap. XXII. 16: quae etiam Prou. XVI. 18. pro medio versu declarat, vbi et in nostro Codice nota marginalis inuenitur: חצי הספר בפסוקים, in textu vero prima vox maiuscula est. Interea manu librarii חצי scriptum quoque legitur in spatio ante Prou. XVIII. 10. Idem exstat vocabulum inter Cap. VI. et VII. Ecclesiastae, cuius versus medius ex Masorae determinatione est Cap. VI. 10. Haec Cant. IV. 14. pro medio versu habet; sed Scriba vocabulum חצי posuit in spatio ante Cap. V. 2. In Threnis nihil hic annotauit, licet Masora parua impressa Thren. III. 34. pro medio versu declaret. In Daniele חצי positum est a librario inter Cap. V. et VI. quemadmodum et Masora Dan. V. 30. pro versiculorum medio habet. In libro Estherae medius versus secundum Masoram est Cap. V. 7. Sed Scriba in hoc libro nihil de

de medietate annotauit. Similiter haec nota omissa est in libro Esdrae cum Nehemia, cuius medium ex mente Masorae impressae est Neh. III. 32. item in libris Chronicorum, quorum medium Masora constituit 1 Chron. XXVII. 25. Fortassis vero Scriba non tam versuum, quam aliarum sectionem medietatem indicare voluit.

§. 14.

Haphtarae. Quum in nostro Codice Haphtararum exordium voce maiuscula indigitetur, praeterea vero diuersi possessores, quales Haphtarae hic vel illic incipiant, in margine annotauerint; consuetudo autem Iudaeorum in constituendis Haphtaris in diuersis regionibus diuersa sit; iuuabit Catalogum Haphtararum secundum ordinem exhibere: quo pateat, quemnam ritum Scriba imprimis, deinde vero illi qui hoc Codice quondam vsi sunt, seruauerint. Nimirum

1) Haphtara בראשית incipit Ies. XLII. 5. Et licet communiter finiatur Cap. XLIII. 7; manus tamen serior iam ad v. 4. in margine addidit vocabulum סוף.

2) Hapht. תולדות נח vulgo est Ies. LIV. 1. vsque ad Cap. LV. 5. Hic incipit v. 1. voce maiuscula; vbi tamen in margine manus serior in margine scripsit: הפטרת כי תצא, ad v. 10. vero: הפטרת נח, et ad Cap. LV. 10. סוף.

3) H. לך לך incipit Ies. XL. 27. Finis non indicatur.

4) H. וירא exordium est 2 Reg. IV. 1. Clausula iterum non indicatur.

5) Hapht. חיי שרה incipit 1 Reg. I. 1. ſed vbi expliceat, non determinatur.

6) H. תלדות יצחק ſine dubio ex mente Scriptoris noſtri Codicis incipit Mal. I. 1. vbi in initio libri primae voces ſunt maiuſculae. Sed manus ſerior ad Ieſ. LXV. 23. in margine annotauit: ואלה תלדות יצחק, licet in textu ibidem prima vox maiuſcula non ſit.

7) H. ויצא יעקב hic incipit ſecundum ritum Hiſpanorum Hoſ. XI. 7. Ad v. 11. vero manus ſerior in margine ſcripſit סוף.

8) H. וישלח hic eſt ſecundum ritum Hiſpanorum et Italorum Propheta Obadias totus.

9) H. וישב incipit Amos II. 6. ſed finis non indicatur.

10) H. מקץ incipit 1 Reg. III. 15.

11) H. ויגש inchoatur Ezech. XXXVII. 15.

12) H. ויחי יעקב initium eſt 1 Reg. II. 1.

13) H. ואלה שמות exordium alias ex ritu Hiſpanorum eſt Ier. I. 1. vbi et in noſtro Codice verba libri initialia maiuſcula ſunt. Quum tamen iſta pericopa potius pertinere videatur ad Paraſcham XLII; hic Haphtara XIII. deſumta videtur more Germanorum ex Ieſ. XXVII. 6. ſq. vbi prima vox maiuſcula eſt; finis vero eius ad Cap. XXVII. 13. in margine manu ſeriori annotatur.

14) H. וארא incipit Ezech. XXVIII. 25.

15) H. בא ex ritu Hiſpanorum, Germanorum et Italorum alias ex Ier. XLVI. 13. deſumta eſt. Sed hic nec prima vox maiuſcula, nec aliud eius indicium apparet. Ad Ieſ. XXXIV. 11. vero

manu

manu recentiori in margine additum בוא אל פרעה, et ad Cap. XXXV. 10. סוף, licet prima vox maiuſcula non ſit.

16) H. ויהי בשלח alias eſt Iud. IV. 4-24. et poſtea Cap. V. 1-31. Hic et Iud. IV. 4. et verſ. 23. adeſt prima vox maiuſcula.

17) H. וישמע יתרו incipit Ieſ. VI. 1.

18) H. משפטים communiter inchoatur Ier. XXXIV. 8, vbi hic quoque manus ſerior in margine addidit: הפטרת לפרשת משפטים. Sed in textu prima vox maiuſcula non eſt; nec Ieſ. LVI. 1. vbi alia manus recentior in margine ſcripſit: הפטרת ואלה המשפטים.

19) H. תרומה incipit 1 Reg. V. 26.

20) H. תצוה incipit Ezech. XLIII. 10.

21) H. כי תשא a Scriba determinata eſt ſecundum ritum Hiſpanorum et Italorum ex 1 Reg. XVIII. 20. ſq. Ab alio tamen poſſeſſore ad v. 1. vbi ſecundum ritum Germanorum incipit, in margine legitur nota הפט׳ כי תשא: quae verba alia adhuc manu adſcripta ſunt Ieſ. XLIII. 8. finis vero eius per additum סוף ad Cap. XLIV. 5. indicatur.

22) H. ויקהל hic ex ritu Hiſpanorum incipit 1 Reg. VII. 13. Quamuis vero etiam v. 40. vbi ex ritu Germanorum inchoatur, prima vox ſit maiuſcula; ſuſpicor tamen hanc pericopam ex mente Scriptoris legendam eſſe die ſecunda dedicationis altaris.

23) H. אלה פקודי alias ex ritu Hiſpanorum eſt 1 Reg. VII. 51. vſque ad Cap. VIII. 22; ex ritu

Germanorum vero 1 Reg. VII. 40-50. Hic vero incipere videtur 1 Reg. VIII. 22. vbi exſtat vox prima maiuſcula.

24) H. ויקרא, quae alias eſt Ieſ. XLIII. 21. vſque ad Cap. XLIV. 23. hic quidem voce maiuſcula incipit Cap. XLIII. 21. ſed explicit Cap. XLIV. 18. vbi verba הפטרת ויקרא וסופו מהשכיל לבותם manu recentiori margini inſcripta leguntur.

25) H. צו etiam hic, prouti in tabula notatur, incipit Ier. VII. 21. Interim etiam ad Mal. III. 4. manus ſerior annotauit: הפטרת צו.

26) H. שמיני more omnibus conſueto incipit 2 Sam. VI. 1.

27) H. תזריע inchoatur 2 Reg. IV. 42.

28) H. מצורע voce maiuſcula incipit 2 Reg. VII. 3. vbi in margine poſſeſſor aliquis ſcripſit: הפטרת זאת תהיה תורת המצורע. Sed etiam ad v. 1. vbi Itali Haphtaram incipiunt, annotatur: הפטרת תהיה.

29) H. אחרי מות incipit Ezech. XXII. 1. Interim etiam ad Ier. X. 2. quamuis vox prima maiuſcula ibidem non ſit, margini adſcriptum: הפטרת אחרי מות.

30) H. קדושים ex mente Scriptoris exorditur ſecundum ritum Germanorum Amos IX. 7. Verum etiam ad Ieſ. IV. 2. vbi tamen non adeſt prima vox maiuſcula manus ſerior adſcripſit: הפטרת קדושם, et ad Cap. V. 14. סוף. Hiſpani eam incipiunt Ezech. XX. 2.

31) H. אמור incipit Ezech. XLIV. 15.

32) H. בהר secundum ritum Hispanorum pariter ac Germanorum alias incipit Ier. XXXII. 6. vbi tamen hic prima vox maiuscule picta non est, licet in margine manu recentiori annotatum sit: הפטרת לפרשת בהר סיני. Sed Ier. XVI. 19. vbi eam Itali incipiunt, prima vox maiuscula deprehenditur, manu vero seriori adscriptum: הפטרת בהר סיני, et Cap. XVII. 21. סוף, licet Itali eam finiant v. 14.

33) H. בחקותי exordium in tabula determinatur Ier. XVI. 19. vbi, vt modo dictum, etiam exstat prima vox maiuscula; qualis tamen non inuenitur Ies. I. 19. vbi in margine possessor Codicis adscripsit: הפטרת אם בחקו, et ad Cap. II. 11. סוף.

34) H. במדבר incipit Hos. II. 1.

35) H. נשא inchoatur Iud. XIII. 2.

36) H. בהעלותך initium est Zach. II. 14.

37) H. שלח alias est Ios. II. 1-24. forsan et hic. Sed pericopa ista in nostro Codice ab initio truncato deest.

38) H. קרח incipit 1 Sam. XI. 14.

39) H. חקת התורה exorditur Iud. XI. 1.

40) H. בלק hic incipit Mich. V. 6. et ad Cap. VI. 8. in margine additur סוף. Itali eam incipiunt a Cap. V. 4.

41) H. פנחס ex more Hispanorum et Germanorum hic incipit 1 Reg. XVIII. 46. Sed etiam ad Malach. II. 5. vbi tamen prima vox non est maiuscula, in margine adpositum legitur: הפטרת פנחס. In altero Codice nostro haec Haphtara desumta est ex Ier. I. 1. vsque ad Cap. II. 3.

42) H. מטות est hic more consueto Ier. I. 1. sq. in altero Codice nostro autem 1 Reg. XVIII. 46. vsque ad Cap. XIX. 21.

43) H. מסעי ex praescripto tabulae alias desumitur ex Ier. II. 4-28. et deinde Cap. III. 4; quae autem pericopa in nostro Codice Haphtara non est. Fortasse haec Haphtara ex mente librarii incipit Hos. XII. 3. vbi prima vox est maiuscula, et contenta quoque sectionis cum Parascha מסעי conspirare videntur. Quamuis enim haec pericopa a Iudaeis Germanis referatur ad Parascham וישלח; noster tamen Codex eidem adsignat Prophetam Obadiam. Vid. Num. 8).

44) H. הדברים in tabula determinata Ies. I. 1-27. etiam hic assumi posset, ob verba libri initialia maiuscule scripta. Interim ad Ier. XXX. 4. vbi non exstat prima vox maiuscula, in margine legitur: הפטרת אלה הדברים וסופו לא אנקך, et ad v. 11. סוף.

45) H. ואתחנן incipit Ies. XL. 1. Explicit communiter v. 26; hic vero ad v. 22. in margine additum סוף.

46) H. עקב inchoatur Ies. XLIX. 14. et ad Cap. L. 7. in margine adscriptum סוף. Clauditur alias iam v. 3; in altero Codice nostro vero v. 4.

47) H. ראה exordium est Ies. LIV. 11. finis vero v. 17. per vocem סוף hic indigitatur: alias Cap. LV. 5.

48) H. שופטים incipit Ies. LI. 12. Vocabulum סוף et v. 23. et Cap. LII. 7. adpositum est. In margine ad initium Haphtarae atramento recentiori

tiori scriptum: הפ׳ שופטים, manu autem vetustiori: הפטרת שופטי׳.

49) H. כי תבא saltem ex parte conuenit cum secunda נח, quae incipit Ies. LIV. 1. vbi etiam in margine scriptum est כי תצא, et ad Cap. LV. 12. סוף.

50) H. כי תבוא initium est Ies. LX. 1. finis vero, qui alias est v. 22. hic v. 19. voce סוף denotatur.

51) H. אתם נצבים incipit Ies. LXI. 10.

52) H. וילך ex ritu Germanorum Ies. LV. 6. incipit, vbi hic prima vox maiuscula est. Sed talis etiam deprehenditur Hos. XIV. 2. vbi secundum ritum Hispanorum inchoatur, et ad v. 10. in margine legitur סוף.

53) H. האזינו secundum ritum Hispanorum est canticum Dauidis 2 Sam. XXII. 1. sq. quod in nostro quoque codice voce maiuscula exorditur; licet haec pericopa potius destinata videatur diei septimae quae est in Paschate. Hinc potius Hos. XIV. 2. prima voce maiuscula indigitatur.

54) H. Sabbathi et initii mensis, incipit Ies. LXVI. 1. ad v. 11. et 20. vero in margine סוף additum est. Ordinarie explicit v. 24.

55) H. מחר חדש incipit 1 Sam. XX. 18.

56) H. שקלים hic vt in altero Codice nostro inchoatur 2 Reg. XII. 1. Ordinarie incipit 2 Reg. XI. 17.

57) H. זכור hic secundum ritum Germanorum exorditur 1 Sam. XV. 2. Hispani eam incipiunt a v. 1.

58)

58) H. פרה incipit Ezech. XXXVI. 16.

59) H. Menſis, inchoatur ſecundum ritum quorundam Ezech. XLV. 18. Alii eam incipiunt a v. 16.

60) H. Dedicationis, eadem eſt ac XXXVI. quae Zach. II. 14. incipit.

61) H. Diei ſecundae dedicationis, hic incipere videtur 1 Reg. VII. 40. Vid. dicta ad H. XXII.

62) H. Sabbathi magni, alias inchoatur Mal. III. 4. Sed hic prima vox maiuſcula non eſt. Interim in dextro margine manu ſeriori annotatum legitur: ה׳ לשבת הגדול, in ſiniſtro autem alia manu: הפטרת צו׳ סופו סוף הספר.

63) H. Diei primae quae eſt in Paſchate, ſecundum ritum Hiſpanorum inciperet Ioſ. V. 7. ſecundum ritum Germanorum vero Ioſ. III. 5. Vtraque pericopa tamen deſideratur in noſtro Codice.

64) H. Diei ſecundae quae eſt in Paſchate, incipit 2 Reg. XXIII. 1.

65) H. Sabbathi חול המועד, hic ſecundum ritum quorundam inchoatur Ezech. XXXVII. 1. Alii incipiunt Cap. XXXVI. 37.

66) H. Diei ſeptimae quae eſt in Paſchate, incipit 2 Sam. XXII. 1.

67) H. Diei quintae quae eſt in Paſchate, exorditur Ieſ. X. 32.

68) H. Diei primae quae eſt Septimanarum, incipit cum libri initio Ezech. I. 1.

69) H. Diei ſecundae quae eſt Septimanarum, inchoatur Habac. III. 1.

70) H. Diei nonae in Abh menſe, incipit Ier. VIII. 13.
71) H. Diei primae, quae eſt initii anni, exorditur 1 Sam. I. 1.
72) H. Diei ſecundae, quae eſt in principio noui anni, incipit Ier. XXXI. 2.
73) H. Ieiunii expiationis ad matutinam, initium eſt Ieſ. LVII. 14.
74) H. Ieiunii expiationis ad ſacrificium veſpertinum, exordium eſt Ion. I. 1.
75) H. Diei primae quae eſt Tabernaculorum, incipit Zach. XIV. 1.
76) H. Diei ſecundae Tabernaculorum, ordinarie inchoatur 1 Reg. VII. 51; hic vero 1 Reg. VIII. 2.
77) H. Sabbathi חול המועד initium eſt Ezech. XXXVIII. 18.
78) H. Diei octauae feſti, exorditur 1 Reg. VIII. 54.
79) H. Laetitiae legis, omnibus eſt Ioſ. I. per totum Caput, quod vero in noſtro Codice non exſtat.

Ex hoc catalogo apparet, noſtrum Codicem nec Hiſpanorum nec Germanorum conſuetudinem ſtricte obſeruare; immo alias quoque pericopas a quibuſdam Iudaeis pro Haphtaris habitas eſſe, quam quae hactenus in tabulis annotatae ſunt.

§. 15.

Maſora. Maſoram quidem adiunctam habet paruam pariter ac magnam Codex noſter; ſed adhuc parciorem quam prior. Illa in margine admodum minuto charactere adſcripta eſt; haec vero ſuperne non niſi vnicam lineam occupat, inferne duas, rariſſime tres. Nullis vero prorſus animalium figuris

ris incluſa eſt, licet hinc inde in modum ſemicirculi, triangulorum quadratorumque ſupra vel infra lineam procedat. Interea ſtatim ab initio ita adornatus fuit Codex, vt certum pro Maſora adſcribenda ſpatium relictum ſit. Nimirum, quum ſingulae paginae lineis ad amuſſim ductis inſtructae ſint; prima linea anguſtior Maſorae ſuperiori deſtinata eſt. Sequitur ſpatium vacuum latitudinis trium talium linearum: tunc XXX. lineae latiores pro tot lineis textus; deinde vacuum ſpatium duarum linearum; tandem duae lineae anguſtiores pro Maſora inferiori. Praeliminaris Maſora nuſquam in Codice noſtro inuenitur; ea autem quae in calce quorundam librorum de numero verſiculorum ſtrictim annotata leguntur, iam (§. 11.) recenſuimus.

§. 16.

Eiuſque praecipuae obſeruationes.

Sed de potioribus etiam Maſoretharum obſeruationibus, vel potius coniecturis, nonnulla adducenda erunt ſpecimina: quo pateat, quid circa illas notatu dignum habeat Codex noſter. Et quidem α) de מוקדם ומאוחר *anteriorato et poſteriorato*, eligamus exempla e priori Codice commemorata. Eccleſ. IX. 4. lectio textualis יבחר ſeruatur; in margine vero punctator addidit יחבר ק, adeoque ad generalem variantium lectionum claſſem hoc exemplum retulit. Eſth. I. 16. vero ממוכן in ipſo textu legitur, abſque nota marginali: pariter ac ובתבנתו defectiue Iob. XXVI. 12. ſcriptum. β) Obſeruationes illae, quae סבירין vocantur, quandoque in margine adſcriptae leguntur: v. g. ad vocem

cem בם Ies. VI. 13. ד׳ סביר׳ בה, *quatuor censentur legenda* בה. Item ad לפני Prou. IV. 3. תרין סברין לבני וקרין לפני *duo censentur legenda* לבני, *sed legunt* לפני etc. Sed alibi nullum eorum est indicium, v. g. ad בה 2 Reg. III. 24. ad ויאמר 1 Sam. XII. 5. et Zach. VI. 7. etc. Immo interdum coniecturalis illa lectio in ipso textu recepta est. V. g. ad ועתה ארני 1 Reg. I. 18. Masora impressa notat, tria esse Sebhirin אתה, quod verbum in nostro Codice in textu apparet, superimposito circello. Similiter 2 Reg. IX. 11. vbi alias ad ויאמר nota occurrit, duodecim esse Sebhirin ויאמרו, hoc vocabulum in ipso textu substituitur, licet punctator in margine scripserit: יב סבי׳ ויאמרו וקרין ויאמר. Item Ezech. XIII. 2. על in textu legitur, sine nota marginali alias ad אל adiecta, quinque esse Sebhirin על. Et Ezech. XX. 38. pro יבא, textus habet יבאו, quod alias inter coniecturas in quindecim locis inueniendis referunt Masorethae ad h. l. quamuis hic nota ista omissa sit. Nec minus Psalm. CXLIV. 2. et Thren. III. 14. עמים in textu legit Codex noster, pro עמי, licet in posteriori loco ם rursus erasum sit, nota vero illa, tria esse Sebhirin עמים, quae 2 Sam. XXII. 44. ad vocem עמי in margine legitur, in vtroque omissa. γ) E numero locorum istorum, in quibus תקון סופרים siue *ordinationes Scribarum* constituunt Masorethae, sequentia in Codice nostro occurrunt: 1) 1 Sam. III. 13. equidem legitur לָהֶם vt in impressis, sed ה mutatum deinde a punctatore est in ם, et post ל intrusum י ad exprimendum *Tikkun Sopherim* לי, quod hic statuunt

Maſorethae. 2) 2 Sam. XVI. 12. pro בעוני legitur בעניו, ſed ו inſertum, vltimum vero י transſfixum eſt a punctatore, cum nota marginali בעיני ק, nihil vero de Tikkun Sophrim additum. Nec in reliquis locis haec obſeruatio occurrit, nimirum 3) 2 Sam. XX. 1. ad לאהליו, 4) 1 Reg. XII. 16. ad eandem vocem, coll. 2 Chron. X. 16. 5) Ier. II. 11. ad כבודו. 6) Ezech. VIII. 17. ad אפם, 7) Hoſ. IV. 7. ad כבודם; 8) Habac. I. 12. ad נמות. 9) Zach. II. 12. ad עינו, 10) Mal. I. 13. ad אותו, 11) Pſalm. CVI. 20. ad כבודם. 12) Iob. VII. 20. ad עלי; 13) Iob. XXXII. 3. ad איוב, et 14) Thren. III. 20. ad עלי. δ) Duo tantummodo loca ex quinque illis, in quibus עטור סופרים vulgo ſtatuitur, ad libros in Codice noſtro contentos ſpectant, nimirum Pſalm. XXXVI. 7. et LXVIII. 26; vbi tamen iſta obſeruatio non inuenitur. Quantum ε) ad loca *Piſkata*; Ioſ. IV. 1. in noſtro Codice ab initio mutilo non exſtat. Reliqua loca in quibus פסקא ſtatuitur a Maſorethis, ſunt: 1) Ioſ. VIII. 24. vbi vero hic ſpatium vacuum non conſpicitur. Punctator quidem circellum interpoſuit; ſed in margine notam non adiecit: niſi forſan abſciſſa ſit cum parte folii, cuius latitudo hic aliquantulum minor eſt. 2) Iud. II. 1. nullum eius eſt indicium: nec 3) Iud. XX. 18. vbi a quibuſdam Piſka requiritur. 4) 1 Sam. XIV. 12. 36. Piſka non adeſt; ſed v. 19. ſpatio vacuo exprimitur. Similiter 5) exſtat 1 Sam. XVI. 2. 12. item 6) 1 Sam. XVII. 37. nec non 7) 1 Sam. XXI. 10. et 8) 1 Sam. XXIII. 2. 11. Verum enimuero in ſequen-

tibus

tibus locis nullum eius deprehenditur indicium: 9) 2 Sam. V. 2. 19. 10) 2 Sam. VI. 20. 11) 2 Sam. VII. 4. 12) 2 Sam. XII. 13. 13) 2 Sam. XVI. 13. 14) 2 Sam. XVII. 14. 15) 2 Sam. XVIII. 2. 16) 2 Sam. XXI. 1. 6. 17) 2 Sam. XXIV. 10. 11. 23. 18) 1 Reg. XIII. 20. E contraria vero parte Piſka ſpatio vacuo expreſſum adeſt: 19) Ier. XXXVIII. 28. nec non 20) Ezech. III. 16. Immo in ſequentibus locis, quae in impreſſis *Piſkata* non eſſe ſolent, Iud. VII. 5. 1 Sam. X. 11. XIX. 21. Ier. XIII. 6. פסקא in noſtro Codice occurrit: vnde merito colligitur, Piſka non corruptionis textus indicium eſſe, ſed non niſi pauſam, incipiente noua materia vel periodo. Talis enim in dictis locis reipſa incipit; nullum vero hiatus, et quod verba quaedam ex textu exciderint, apparet veſtigium.

§. 17.

In ſpecie Karjan et Chetibhan.

Non omnes editiones impreſſae eundem exhibent variantium iſtarum lectionum numerum; quae vulgo קרין וכתיבן vocantur. Mirum adeoque non eſt, maiorem adhuc in Codicibus MStis obſeruari diſcrepantiam. Numerus locorum in quibus alias lectionis varietas a Maſorethis annotatur, in noſtro Codice, ſi calculos rite ſubduxi, ad 1254. aſſurgit. Sed quod probe notandum eſt, ipſe סופר nunquam lectionis varietatem indicauit; ſed vel lectionem marginalem in ipſum textum recepit; vel τὸ Chetibh, ſi verior iſta ipſi viſa fuerit lectio, in textu ſeruauit; vel denique aliam adhuc in textu ſuo exhibuit lectionem, quae ab illo Keri et Chetibh, quod in impreſſis legitur, prorſus

ſus differt. Punctator autem diuerſimode verſatus eſt in ſua circa Keri et Chetibh Criſi. In quibuſdam locis Scriptori Codicis adſtipulatus eſt. In aliis Keri, quod ille iam in textum receperat, iterum in margine annotauit. Plerumque vero τὸ Keri quod in textu inuenit, in eodem mutauit in τὸ Chetibh, addito in margine Keri. Sed dantur etiam loca, in quibus punctator Chetibh pro vera lectione habuit: et tunc textum quidem Keri exhibentem correxit in Chetibh; ſed nullam in margine adiecit notam: excepto vnico ni fallor loco, vbi Chetibh etiam in margine adſcripſit. Caeterum vero in quibuſdam locis, quae in ipſo textu lectionem marginalem iam exhibent, aliud praeterea Keri in margine poſuit. Ita et vbi Chetibh in textu retinuit Scriba, licet ſaepe tacite cum eo conſentiat, plerumque tamen Keri conſuetum, aliquoties vero aliam adhuc lectionem in margine annotauit. Nonnunquam Chetibh, quod in textu inuenit, correxit in Keri: ita, vt vel nullam adiecerit notam marginalem; vel idem Keri iterum in margine adpoſuerit; vel quod ſemel factum, pro eo Chetibh ibidem ſubſtituerit. Iſta autem loca in quibus aliam lectionem a conſueto Keri et Chetibh diuerſam in textu inuenit, vel abſque cenſura praeteriit; vel in ſolo margine ordinarium Keri adpoſuit; vel in ipſo textu citra notae marginalis adiectionem corrigere contentus fuit, ſemel quidem in Chetibh conſuetum, aliquoties in Keri ordinarium, immo etiam interdum in nouam adhuc lectionem; vel denique praeter iſtam textus

in

in Chetibh conſuetum correctionem, in margine Keri ſolitum adiecit. Quae vt diſtinctius pateant, numerum locorum indicabo ad ſingulam claſſem ſpectantium. Nimirum

1) Keri in textu legitur ſine correctione et nota marginali punctatoris, in locis 181
2) Keri in textu, ſine correctione; ſed praeterea a punctatore in margine additum, in locis - - - - - 11
3) Keri in textu; ſed correctum a punctatore in Chetibh, addito iterum Keri in margine, in locis - - - - 367
4) Keri in textu; ſed a punctatore in Chetibh correctum, abſque nota marginali, in locis 49
5) Keri in textu, cum Chetibh in margine, ſemel 1
6) Keri in textu, cum alio Keri a conſueto differente in margine, in locis - 5
7) Chetibh in textu ſine nota marginali punctatoris, in locis - - - 162
8) Chetibh in textu, cum Keri a punctatore in margine addito, in locis - 389
9) Chetibh in textu, ſine punctatoris correctione, ſed cum nota marginali a ſolito Keri diuerſo, in locis - - 5
10) Chetibh in textu; ſed correctum a punctatore in Keri, ſine nota marginali, in locis 14
11) Chetibh in textu; ſed correctum a punctatore in Keri, cum eodem Keri in margine, in locis - - - - - 5
12) Chetibh in textu; ſed a punctatore mutatum in Keri, cum Chetibh in margine, ſemel 1

13) Alia lectio in textu, a consueto Keri et Chetibh diuersa; sed absque correctione et nota marginali punctatoris, in locis - - 20

14) Alia lectio in textu, a solito Keri et Chetibh discrepans, nec correcta a punctatore; qui tamen Keri consuetum in margine addidit, in locis - - - - - 11

15) Alia lectio eiusdem generis in textu; sed a punctatore correcta in Chetibh consuetum, at sine nota marginali, semel - 1

16) Alia in textu lectio, quae a consueto Keri et Chetibh abit, sed in ordinarium Keri a punctatore correcta est, nulla addita nota marginali, in locis - - - - 4

17) Lectio in textu, quae etsi a solito Keri et Chetibh diuersa sit, in nouam denuo lectionem mutata est, absque nota marginali, in locis - - - - - 5

18) Lectio in textu ordinarium Keri et Chetibh deserens, sed a punctatore correcta in Chetibh consuetum, addito simul solito Keri in margine, in locis - - 23

Summa 1254

Praeter ista loca, adhuc aliae XXXIV. inueniuntur Karjan in Codicibus impressis non obuiae, sed a punctatore Codicis nostri annotatae. Quae vero ad haec aliaque loca obseruanda forsan occurrunt; in praecipuarum variantium lectionum recensione, commodius exponenda erunt.

§. 18.

§. 18.

Supereſt, vt de inſigni antiquitate, quae vt mihi quidem videtur Bibliothecae Regiae Codici attribuenda eſt, potiora adiiciamus. Quum vero, quo tempore ſcriptus fuerit, nulla in ipſo deprehendatur notatio; reliqua vetuſtatis criteria in ſubſidium vocanda erunt. Interea haud diffitendum eſt, regulas illas, quae a Criticis hunc in finem dari ſolent, plerumque nimis generales eſſe: vt taceam, nouas ſubinde in earundem applicatione ſuboriri difficultates. Vulgo in diiudicanda Codicum Biblicorum hebraice exaratorum maiori antiquitate, pro norma aſſumuntur criteria, a DAN. ERN. IABLONSKIO quondam (*) ſuppeditata. 1) Inquit, *ſi ſcriptura ſit elegans ſine artificio, et priſca ſimplicitate venerabilis. Abſentiam litterarum maiuſcularum, minuſcularum, inuerſarum etc. (quarum parcior fere in antiquis quam recentioribus vſus eſt,) vrgere hic non auſim, cum talia etiam priſcis ante Talmud temporibus obtinuerint; puto tamen Keri et Cetib a Codice vere antiquo abeſſe debere. 2) Si Maſora vel nulla adſit, vel parca. Eam enim olim in libros ſeparatos relatam fuiſſe, notum eſt; inde ſucceſſu temporis parua extracta et libris adſcripta fuit: huic denique magna quoque ornatus gratia acceſſit. Adeoque ſi Codex daretur, caetera vetuſtus, cum ſola Maſora parua; is mediae velut aetatis eſſet: qui vtraque Maſora inſtructi ſunt, eorum Textus antiquus eſſe poteſt, ſed Maſora nouitatis ſuſpecta et tantum non conuicta haberi*

Criteria antiquitatis MStorum Hebraicorum in genere.

(*) In Praefat. ad Bibl. Hebraic. §. 37.

beri debet; antiquior tamen eſt, quae natiua ſimplicitate et lineis rectis ſe commendat, recentior quae in varias picturarum formas nodorumque gyros ſe contorquet. 3) Vetuſtiſſimi Codicis indicium eſſet, ſi quinque libros Moſis non magis quam reliquas legis ſectiones ab inuicem diſtingueret. Priſcis temporibus totam legem omni diſtinctionis nota caruiſſe, ac vnum veluti פסוק *ſeu verſum, immo vnam* תיבה *ſeu vocem fuiſſe, et antiqui Iudaeorum Cabbaliſtae tradiderunt, et Chriſtianorum non pauci perſuaſum habent. - - - Si igitur talem reperire Codicem daretur, qui inter quinque iſtos libros interuallo quatuor linearum carens, eos quaſi vnum legeret; id mihi aetatis vere antiquae et ante-talmudicae argumentum eſſet. Diſtinctio enim in quinque quintas legis apud Hebraeos Talmude antiquior eſt, inque eo memorata Tract. Sanhedrim. 4) Vt vero non ſolum antiquos libros, verum etiam antiquam librorum faciem habeamus, ii maxime eſſent procurandi, qui a multis ſaeculis inter Chriſtianos cuſtoditi, hocque pacto a recentiorum Maſorethарum vel Punctatorum interpolatione immunes fuere.* Sed ſi dicendum quod res eſt, haec criteria, ſi primum et ſecundum excipias, ne quidem omni exceptione maiora ſunt. Nam quod attinet ad continuam Pentateuchi ſcriptionem; ne vnicus quidem, ex omnibus hucuſque deſcriptis Codicibus, hanc legem obſeruat: nec forſan tantae antiquitatis Codex vllibi hodie exſtat. Satis proinde antiqui mihi videntur illi, qui regulam iſtam ſequuntur iam olim in Tract. *Sopherim* praeſcriptam, et in librorum bibli-

biblicorum praeſertim Exodi principio in impreſſis etiam paſſim editionibus obuiam: יניח ד׳ שיטין פנויות ויתחיל מתחלת שיטה ה׳, quatuor ſcilicet inter quemlibet librum legis lineas vacuas eſſe relinquendas (Sect. I. §. 17.). Nec vltimum criterium quicquam in hac diſquiſitione decidere poteſt. Neſcio enim, an hoc de antiquitate Codicis cuiuſdam aliquid derogare poſſit, ſi poſtea a Iudaeis ad Maſoram conformatus fuerit. Potius quo antiquior eſt Codex, niſi forſan diutiſſime in obſcuro latuerit; eo magis probabile videtur, eum in plurium recutitorum fuiſſe manibus, qui eum iſta ratione interpolare potuerunt. Nec praeſtantiam Codicum eorundemque vſum Criticum multum impedient eiuſmodi correctiones; quum mutationes quae ex poſt facto acceſſerunt, a prima librarii ſcriptura ſufficienter diſcerni queant: vt noſtrorum Codicum ocularis inſpectio docet. Sed ne priores quidem characteres ſufficere videntur. Quamuis enim ex illis quodammodo colligi poſſit, hunc vel illum Codicem inter antiquiores eſſe referendum; per illas tamen nondum determinabitur, qualis circiter aetas ei ſit aſſignanda. Nouam hinc ex parte viam ingreſſus eſt Cel. KENNICOTTVS, dum ex conditione Codicis MSti in Bibliotheca Oratorii Pariſienſis ſub No. 53. aſſeruati, qui annum quo exaratus eſt 827. aerae Iudaicae; i. e. 1067. Chriſtianae adſcriptum habet, quodammodo determinare ſatagit, quinam ſint Codicum circa id tempus deſcriptorum characteres. Sed et ea, quae ex HOVBIGANTII Prolegomenis p. 195. adiecit cri-

teria dicto MSto propria (*), generaliora ſunt, quam vt certum de aliorum Codicum aetate exinde ferri poſſet iudicium. Ipſe potius KENNICOTTVS fatetur (**), admodum difficulter Codicum MStorum, quorum annus deſcriptionis indicatus non eſt, determinari poſſe aetatem: quia nuper demum, nec eadem hactenus vt Graeci diligentia, excuſſi ſint Codices Hebraei. Longe plures antea accuratiſſime perluſtrandi erunt Codices, ac hucuſque factum eſt, priuſquam tales, quos ratione aetatis MStorum Graecorum vel Latinorum iam habemus canones, de Hebraicorum etiam probabili aetate conſtitui poterunt. Noua in his accedit difficultas, ex aequabilitate characteris literarum orta, quae, ſi paucos illos Codices exceperis, ex quibus Monachi Benedictini in nouo ſyſtemate Diplomatico (†) ſpeci-

(*) The State of the printed Hebrew Text of the O. T. Diſſ. I. p. 313. *This MS. then, which by this Date is determin'd to be near 700 Years old, is ſaid to contain — ea omnia, quae in melioris notae Codicibus Hebr. ineſſe viri docti dictitant: 1) Vt ſint Hiſpanici; quoniam in Codicibus deſcribendis diligentiores fuerunt Hiſpani, quam aut Galli, aut Itali, aut Germani. 2) Vt ſine Punctis Vocalibus fuerint primum deſcripti. 3) Vt litteris nudis atque elegantibus. 4) Vt quinque libros Moſis non maiori interuallo ſeparatos habeant, quam quo Legis Sectiones ſeparari ſolent. 5) Vt in iis adſint Maſorae notae pauciſſimae. As to the laſt Article, this ſame Critic makes it one Proof of the Antiquity of his ſixth Hebrew MS. No. 59. (which he ſuppoſes to be as old as his firſt, i. e. almoſt 700 Years of Age) — that it has the Great Maſora much more thinly ſcatter'd in the Margin, than his four intermediate MSS.*

(**) Loc. cit. p. 308.

(†) Libr. 2. Cap. 2. Sect. 13. §. 121. Tom. 2. edit. Germ. p. 127.

ſpecimina ediderunt, in omnibus fere reliquis obſeruatur: quum e contraria parte aliarum linguarum MSta, pro regionum et ſaeculorum vbi et quando exarata ſunt diuerſitate, diuerſas etiam exhibeant literarum ductus, ex quibus non ſine probabilitate eorundem aetas diiudicari poteſt. Quamuis igitur Bibliothecae etiam Regiae Codicis vera aetas incerta maneat; tamen, ſi quid video, omnia fere quae adhuc a Criticis ſuppeditata ſunt eximiae antiquitatis criteria, in hoc conueniunt: adeo vt non ſolum priori Codice noſtro longe vetuſtior ſit dicendus; verum etiam paucis ratione antiquitatis ſuae cedat, quos vel Cel. KENNICOTTVS, vel alii hactenus recenſuerunt.

§. 19.

In ſpecie, quae in noſtrum Codicem quadrant.

Nimirum 1), quemadmodum in omnibus cuiuſcunque linguae MSS. flauus color membranae inſigne antiquitatis indicium eſſe ſolet; ita et in noſtro Codice membrana flaua eſt, et multo pauciora in ea apparent cretae veſtigia, ac in priori Codice. Praeterea vſu ſatis oblimata eſt, maxime in Eſtherae libello, vbi manuum contrectatione prorſus denigrata cernitur. 2) Initio abſque punctis vocalibus ſcriptum eſſe eundem, quae poſt interuallum haud adeo breue primae demum ſcriptioni acceſſiſſe videntur, iam (§. 5.) commemorauimus. Et ſi vel maxime haud ita multo poſt primam ſcriptionem addita fuiſſet punctatio; librarius tamen longe vetuſtiorem Codicem, eundemque non Maſorethicum pro archetypo habuiſſe videtur, vnde ſuum, quamuis non ſine variis hallucinationibus,

mente

mente tamen ſincera fideliter deſcripſit. 3) Character literarum ſimplex eſt, et ſine artificio expreſſus, ſatis tamen nitidus. Codices vero ita exaratos praeſtantiſſimis annumerat RICH. SIMON (*). *Il faut*, inquit, *prendre garde*, *que le caractere ſoit entierement ſimple*, *bien proportione*, *et qu'il n'y ait rien d'extraordinaire.* 4) Interea literae, etſi atramento nigerrimo ex fuligine confecto ſcriptae fuerint; (tales enim nonnullae paginae bene conſeruatae exhibent:) in multis tamen locis iam ſubalbeſcentes et vetuſtate detritae apparent; ita tamen, vt ſi paucas exceperis, ſatis adhuc ſint legibiles. Puncta vero vocalia adhuc pallidiora ſunt; id quod obſeruante HOVBIGANTIO (†) etiam in iis Codicibus locum habere poteſt, in quibus illa ipſo Codice ſunt recentiora: *quoniam*, vt addit, *breui oblitteratur id*, *quicquid atramento pauco eodemque tenui fuit deſcriptum*, *ſtyloque membranam minus vrgente*, *quam in pingendis litteris craſſioribus.* Accedit 5), quod verba cuiuſuis libri initialia caeteris quidem ſint paulo maiora, tamen nec auro obducta nec aliis picta coloribus, immo omni prorſus ornatu careant. Quod aliter ſe habere ſolet in Codicibus recentioribus, prouti etiam in altero Codice noſtro, quamuis iam 456. abhinc annis fuerit exaratus.

§. 20.

Quo imprimis

Inter antiquitatis criteria merito referendum eſt 6), ſi interuallum, quo libri Biblici a ſeinuicem ſepa-

(*) Hiſt. Crit. du V. T. Lib. 1. Cap. 23. p. 126.
(†) In Proleg. Cap. 3. Artic. 2. §. 2.

separati sunt, spatium aliquot linearum non excedat. Regula enim illa de spatio quatuor linearum vacuo inter quemlibet librum legis relinquendo, in Codicibus vetustioribus frequentius obseruata est, quam vbi successu temporis mos inualuit, initium librorum variis ornamentis condecorandi, adeoque illos a praecedentibus maiori spatio distinguendi. Sic in Codice Oratorii Parisiensis septingentorum annorum, quinque libri Mosis trium linearum, in Bodleiano autem, cui Octingentorum annorum aetatem attribuit KENNICOTTVS (*), quatuor linearum interuallo a seinuicem distant. Eiusdem autem regulae, licet proprie ratione librorum Mosaicorum praescripta fuerit, in reliquorum etiam S. Codicis voluminum descriptione sensim ratio haberi coepit: quemadmodum et in nostro MSto vt plurimum obseruata est. Equidem in Prophetarum fine, reliquum paginae spatium vacuum relictum est; quod etiam obtinet in fine Psalmorum et Prouerbiorum, quorum duae paginae postremae peculiarem habent verborum positum. Verum enimuero reliqui libri Biblici vt plurimum non nisi trium linearum intercapedine distincti sunt. Inter Ezechielem tamen et Iesaiam, nec non inter Nehemiam et Chronicorum libros quatuor linearum spatium relictum est; quinque autem linearum interuallum inter Iudicum et Samuelis libros, item inter hos et vtrumque Regum librum: similiter inter Iesaiam et Hoseam, vbi quinque tantummodo lineae supererant vsque ad finem paginae. Post Hoseam vero, qui in fine paginae explicit, mox initio

spectat exiguum inter singulos libros biblicos interuallum, et scriptio librorum poëticorum metrica.

(*) Loc. cit. p. 315.

initio paginae sequentis Ioelis Vaticinium continuatur. Idem valet de Zephania, qui nullo interposito spatio vacuo, statim in initio folii sequentis Chabacucum excipit. Et quum 7), in maioris Codicum antiquitatis criteriis etiam hoc vulgo numeretur, si libri Poëtici אֱמֶת, Iobus scilicet, Prouerbia et Psalmi in hemistichia diuisi sint: quod etiam tanti apud Kennicottum (*) fuit ponderis, vt quinto Codici suo maximam adscripserit bonitatem; idem et de nostro valere, in praecedentibus (§. 2.) iam obseruauimus.

§. 21.

Nec non notarum Masorethicarum parcitas.

Si 8) eo maior Codicibus adsignari solet antiquitas, quo parcior in iis est literarum maiuscularum et minuscularum vsus; hac certe praerogatiua noster gaudet: in quo, excepto vnico loco Esth. IX. 9. ex literis illis, quas Masora maiuscule vel minuscule pingendas esse postulat, nulla prorsus inuenitur (§. 7.); licet superne punctatas et ex parte etiam suspensas habeat, quippe quae lectionis discrepantiae sine dubio indicium sunt. Concludimus hinc, Scriptorem Codicis tanti non fecisse Masoretharum praescripta, ac recentiores solent. Et quamuis 9) Masoram adscriptam habeat, immo statim initio certae in singulis paginis lineae eidem a librario destinatae fuerint: parca tamen admodum est nec vllis animalium figuris innexa; quod iterum pro Codicis nostri antiquitate militat. Non quidem negamus, tales quoque Codices, quibus tales figurae Masorethicae demum post textum exaratum

(*) Loc. cit. p. 324.

tum additae sunt, satis antiquos esse posse (*); ex eiusmodi tamen imaguncularum et adulterini ornatus defectu, tutius omnino pro maiori vetustate deducitur argumentum.

§. 22.

Similiter ordo librorum Talmudicus,

Inprimis 10) notandum, Codicem nostrum, vt ex eius contentis patet (§. 3.), ordinem illum librorum Biblicorum exacte seruare, quem Talmudistae (**) commemorant, quique etiam a MAIMONIDE (†) approbatur. Plures quidem exstant Codices, in quibus Ieremias Prophetarum est primus, quem Ezechiel, hunc vero Iesaias excipit: vt Codex quartus KENNICOTTI, primus Erfurtensis, Dresdensis, Argentoratensis etc. Quantum vero ad Hagiographa, quae in allegato Talmudis loco hoc ordine recensentur: *Ruth, et liber Psalmorum, et Iobus, et Prouerbia, Coheleth, Canticum canticorum et Threni, Daniel et volumen Estherae, Ezra et libri dierum*; ab eo omnes a WOLFIO (††) recensiti Codices recedunt, nec vllus eorum, quorum notitia hactenus data est, eum stricte seruat, praeter solum Cassellanum, vt in eius descriptione annotat IOH. GEORG. SCHIEDE (*†). Hunc vero ordinem Codex noster in omnibus sequitur. Affirmare quidem non audeo, scriptum eum esse, quum adhuc ordo Talmudicus magis vige-

(*) Vid. IO. GOTTL. CARPZOVII Crit. Sacr. V. T. Part. I. Cap. 8. §. 3. p. 380. sq.

(**) In Bava Bathra fol. 14. col. 2.

(†) Hilcoth Sepher Thora Cap. 7. §. 14.

(††) Tom. 2. Bibl. Hebr. p. 293. sq.

(*†) Obseru. Sacr. biga p. 31.

vigeret; quem demum Masorethae deseruerunt, monente R. GEDALIA (*). Hoc tamen sufficienter patere existimo, Codicibus Masorethicis eum annumerandum non esse: quia scilicet eius Scriptor Masoretharum in consequutione librorum ordinem neglexit. Caeterum ex ELIAE LEVITAE Praef. 3. in *Massor. Hammas.* obseruat RICH. SIMON (**), omnia MSta Hispanica seruare ordinem Masoretharum, Germanica vero et Gallica Talmudicum. Quod si verum esset; plures sane in hisce Codicibus, in quibus libri Biblici eodem ac in Talmude ordine comparent, exspectandi forent lectiones a Masoretharum lectione discrepantes, quam in Hispanicis: licet hic alio respectu pro praestantissimis haberi soleant.

§. 23.

Vt et nomen יהוה *in*

Ad MStorum praestantiorum non minus quam antiquiorum characteres 11) hoc etiam refert Cel. KENNICOTTVS (†), si nomen Dei incommuni-

(*) Schalscheleth hakkabbala fol. 67. a.

(**) Hist. Crit. du V. T. Lib. 1. Cap. 9. p. 63.

(†) Loc. cit. p. 320. Et pag. 354. sq. scribit: *That this Superstition grew upon them more and more, is evident; because the Older MSS. now extant have this Word Iehovah more frequently; and because in our Oldest MS. No. 1. when the Letters were retouch'd in many places, the Word Iehovah was frequently left in its former state, scarce visible, totally untouch'd by the person who rewrit the words immediately before and after it, and who rewrit even the Preposition frequently prefix'd to it. This Superstition then, as it might be the Cause of a Jewish Transcriber's exchanging the Word Iehovah, where he found it express'd in his Copy; so it cannot well be suppos'd to have permitted him to write it, where he did not find it in his*

municabile יהוה Codex quidam in variis locis seruet, vbi Iudaeorum superstitio pro eo vocabulum אדני substituit. Idem vero maioris aetatis in nostro etiam Codice deprehenditur indicium, qui nomen יהוה in pluribus locis retinuit, vbi in libris editis non inuenitur. Nimirum. *iis locis seruatum, vbi aliter vulgo exprimitur.*

1) Pro אדני legitur יהוה: 1 Reg. III. 15. Ezech. XVIII. 29. XXI. 14. XXXIII. 17. 20. Ies. III. 17. IV. 4. VI. 1. 8. 11. VII. 14. 20. IX. 7. 16. X. 12. 16. XXI. 6. 8. XXVIII. 2. XXIX. 13. XXX. 20. Amos VII. 8. Zach. IX. 4. Psalm. LXII. 13. LXXXVI. 5. 15. CXXX. 2. 3. 6. Thren. II. 18. 20. III. 31. 58. Dan. I. 2. IX. 4. 8. 15. Esr. X. 3. Neh. IV. 8. Item, licet ibi in margine legatur אדני, Ezech. XVIII. 25. Amos VII. 7. IX. 1. Thren. I. 14. 15.

2). אדני in textu omissum est, pro quo in margine legitur יהוה, Ies. III. 18. XXI. 16.

3) Pro יְהֹוִה אֲדֹנָי legitur יְהֹוָה אֲדֹנָי יְהֹוִה Ezech. XXIV. 14. XXV. 12. XXX. 18. XXXIX. 13. Sed יהוה Ezech. XXIX. 13. Ies. LXV. 13. et יהוה אלהים Amos I. 8. Tandem יהוה צבאות Ies. LII. 4. vbi manus recentior vocem צבאות vncinulis inclusit, voci vero יהוה in margine praemisit אדני.

4) Pro

his Copy. And therefore, tho' we may presume it to have been sometimes improperly omitted, *we can hardly presume it to have been ever improperly* inserted. *As the Presumption then is in favour of the Word Iehovah being the true Reading, wherever it is now found; so it is the Honour of these two MSS. to preserve it here.*

4) Pro אלהים legitur יהוה Psalm. LXX. 5. 1 Chron. XV. 2. et Cap. XXVIII. 12. in margine.

5) Pro יהוה Thren. III. 24. alia vox posita erat, qua erasa loco eius scriptum יהוה.

6) Idem nomen Diuinum Ier. X. 10. et Zach. X. 12. in textu scribitur יי, in margine vero plene exprimitur: omissum vero est Psalm. LXXII. 28. item 2 Chron. XX. 28. vbi tamen in margine adpositum est.

7) אלהי praemittit יהוה Ezech. VIII. 4. Esr. III. 2. 2 Chron. XXXIII. 12. Item אלהיך Amos VIII. 14. nec non אלהינו Esr. IX. 13. et 2 Chron. II. 4. in margine: similiter אלהיו 2 Chron. XX. 30. Pro אלהכם vero Esr. VII. 17. legitur יהוה אלההן.

Interim et pro יהוה legitur אדני Psalm. LVIII. 3. CXXX. 1. Thren. V. 21. et אלהים 2 Sam. VII. 28. item אֲדֹנָי יֱהֹוִה Ezech. XXI. 3. 8. Similiter pro יהוה אלהים legitur אֲדֹנָי יֱהֹוִה 2 Sam. VII. 22. et Ier. X. 10.

§. 24.

Rarior non minus vsus τ8 Keri et Chetibh.

A Codice vere antiquo Keri et Chetibh prorsus abesse debere, existimat IABLONSKIVS (§. 18.). Saltim 12) rarior istarum obseruationum vsus praecipuis antiquitatis Codicum criteriis suo iure annumerandus erit: maxime iis in locis, vbi lectio marginalis oppido textuali praeferenda, adeoque ipsi textui inserenda est. E Catalogo autem supra (§. 17.) exhibito patet, id de nostro quoque Codice valere, cuius Scriptor primarius vnicam tantummodo lectionem, et quidem illam quae ipsi verior visa est,

ad-

adhibuit: hac obſeruata lege, vt τὸ Chetibh, iis in locis vbi merito praefertur, ſaltim commode ſeruatur, retinuerit; τὸ Keri vero tunc in textu expreſſerit, quando iſta lectio veritati magis conſentanea eſt. Id quod clarius eluſceſcet, quando ipſa loca Sect. 4. inter varias lectiones exhibebimus. Sic originaliter reipſa ſine Keri et Chetibh ſcriptus fuit Codex: nec obſtat punctatoris Criſis, quippe quae poſtea demum acceſſit. Interim tamen ipſa quam Punctator in Codice hoc punctis inſtruendo impendit opera, quodammodo eius praeſtantiam confirmat. Nam vbi in impreſſis ante Accentum Silluk, Athnachum, vel alium diſtinctiuum, contra analogiam Grammaticam vocalis breuis deprehenditur, tantum non vbiuis longam adhibuit Punctator. Nec hoc denique praetermittendum eſt, ה paragogicum fere vbiuis in textu additum eſſe, vbi poſt Nun finale in impreſſis ſaepenumero deeſt.

§. 25.

Quo iuniores ſunt Codices, eo plures ſucceſſu temporis librariorum oſcitantia in textum irrepere potuerunt ſphalmata, quae in antiquioribus nondum adfuerant, in excuſis vero libris forſan ex parte retenta ſunt. Quodſi igitur Codex quidam in ſat multis locis ab impreſſis diſſentiat; id certe haud dubium antiquitatis eius erit indicium. Haec autem maioris vetuſtatis nota 13) noſtrum Codicem, qui tantum continet Variantium lectionum numerum, cumprimis inſignem reddit. Si omnes quas inde excerpſi, et Cel. *Variantium denique lectionum cum antiquis verſionibus congruentium frequentia.*

Kennicotto transſmiſi, Operi quod auide iam exſpectat orbis literarius ſuo tempore inſerendas varietates, a communi impreſſorum lectione deflectentes, in vnam ſummam colligerentur, numerus earum ad plus quam decies ſexies mille adſurgeret. Quum tamen non omnes eiuſdem ſint momenti, ſelectum quendam ex illis feci, eas tantummodo hac vice Sect. quarta exhibiturus, quae potiores mihi viſae ſunt. Sed iſtarum iam multitudo adeo exigua non eſt. Patebit vero ex illis, Codicem noſtrum cum Verſionibus antiquis ſaepiſſime conſpirare. Qui conſenſus vt fortuitus eſſe nequit, ita nec ex eadem cauſa deriuari poteſt, ob quam tanta inter Codices hodiernos ad Maſorae normam correctos deprehenditur conſenſio: quod ſcilicet data opera ad Verſiones iſtas conformatus fuerit Codex noſter. Quotus enim quiſque Chriſtianorum, eius praeſertim aeui, quo exaratus eſt, ſi vel maxime familiares ſibi reddiderit interpretes illos, Haebraeam adeo calluit linguam, vt eiuſmodi collationem correctionemque inſtituere valuerit? De Iudaeis vero, qui vnice deſcribendis Codicibus Hebraeis operam dederunt, tale ne quidem cogitari poteſt ſtudium textum ſacrum ad legem Verſionum antiquarum reformandi, quas pauciſſimi eorum, ſi Paraphraſin Chaldaicam exceperis, cognitas habuerunt, omnes vero contemſerunt. Nihil igitur remanet, quam quod Verſionum iſtarum Auctores eaſdem iam olim in ſuis Codicibus inuenerint lectiones, quas noſter aſſeruauit. Et quum ſpeciatim cum

Syro

Syro Interprete ſaepius conſentiat; facilis erit coniectura, eius deſcriptorem ex eodem ſine dubio ac ille fonte hauſiſſe, Codicibus nempe Orientalibus, in variis locis ab iis diſcrepantibus, quibus vſi ſunt qui Biblia impreſſa ediderunt. Attentione igitur haud indignas eſſe noſtri Codicis Variantes Lectiones, illas praeſertim quae cum antiquis Verſionibus conſentiunt, nemo forſan inficias iuerit aequus rerum exiſtimator. Nec dubitandum, aliquas ſaltem melioris notae eſſe, ſenſumque commodiorem ſuppeditare, quam quae in impreſſis leguntur: quamuis facile conceſſerim, multas etiam in eo inueniri oppido improbandas, vel vulgaribus certe poſtponendas.

SECTIO III.

VARIAE LECTIONES CODICIS PRIORIS NOTATV PRAECIPVE DIGNAE.

GENESIS

Cap. IV. 8. Piſka, quod hic habent plerique impreſſorum, vacuo ſpatio non exprimitur; licet Maſoretha vocem פליגמא margini adſcripſerit. Quemadmodum illud non habent Codices vetuſtiſſimi, ſpeciatim *Hillelianus*, teſte R. MENACHEM in *Or Tora*; ita nec in *Caſſellano* inuenitur, nec in Cod. 1. 2. et 3. *Erfurtenſi* quamuis priores notam marginalem adiiciant. In pluribus etiam MSS. Bibl. Reg. Pariſienſis deeſſe, refert RICH. SIMON *in Critica Bibl. Eccleſiaſticae Dupinianae Tom. 2. p. 501. ſq.* Lacunam igitur h. l. aliquot verborum eſſe, quam ſuppleuerint LXX. Interpr. *Samaritanus*, *Syrus Vulgata*, *Targum Hieroſolym.* et *Pſeudo-Ionathanis*, perperam ſtatuitur.

VII. 11. pro מַעְיְנֹת legitur מַעְיְנֹת.

VIII. 1. pro וישכו *et conſederunt aquae*, legitur וישבו quod a Rad. שבב ſignificaret: *et fractae ſunt;* a Rad. שוב vero: *et reuerſae ſunt*, in locum ſcilicet ſubterraneum, vnde eruperant, Cap. VI. 11. Punctatum tamen eſt per Sin וַיָּשֹׂבּוּ.

IX. 15. pro בכל־בשר leg. לכל־.

Cap.

Cap. X. 11. את־רחבת sine praef. ו.

30. ממשא per Sin.

XIII. 11. post ויבחר omittitur לו, quod tamen in marg. addidit punctator.

11. pro את כל־ככר leg. את־ככר, forsan non male: quia Loth omnem quidem planitiem oculis perlustrare potuit v. 10, non vero totam illam ad habitandum sibi eligere. Omissum tamen כל et hic in margine suppleuit punctator.

XVI. 5. pro ובינך leg. ובינך ut in *Samar*. Cod. *Cassellano* et 2. *Erfurt*. sed manu seriori correct. in ובינך superimpositis simul singulis literis lineolis.

XVII. 12. לכם omiss. sed a punctat. in marg. add.

XX. 5. pro והוא־גם־הוא leg. והוא גם־הוא, sed a punctat. correct. in lectionem vulgatam.

XXIV. 33. pro וַיּישָׂם leg. וַיִּישָׂם, addita a punctat. nota marg. יושם ק׳, vt in edit. *Bomberg*. 1525. et *Menasse ben Israel*.

XXV. 7. ימי omiss. sed a punctatore superscriptum.

XXVI. 3. verba ואהיה עמך non solum omissa sunt, sed etiam in fine lineae ad implendum reliquum spatium initium sequentis verbi ואבר positum. In margine tamen manu punctatoris addita sunt.

29. pro תעשׂה leg. תעשׂה, vt in edit. *Gersonis*, *Bomberg*. 1525. *Menasse ben Israel* et *Hooghtiana*. OPITIUM auctoritate nostri Codicis fere inductum esse, vt hanc lectionem eligeret; Sect. I. §. 8. monuimus.

XXXI. 24. pro פן־תדבר leg. מדבר vt v. 29.

Cap. XXXI. 29. pro עד leg. ועד, ſed ו tranſſixum. Ita et in Codice *Helmſtad.* et *Targum.*

XXXV. 16. pro קִבְרַת־ leg. קְבֻרָת. Vocabulum quod ſequebatur eraſum eſt, et pro eo ſcriptum הארץ vt in impreſſ.

22. Piſka in medio verſus hic exprimitur ſpatio integrae lineae, qualis vacua eſſe ſolet in initio nouae Paraſchae minoris. Noua enim hic incipit ſectio: quum enumeratione omnium filiorum Iacobi Moſes tranſitum faciat ad Genealogiam Eſaui. Verba illa hic deeſſe, quae ita exprimunt ὁι LXX, καὶ πονερὸν ἐφάνη ἐναντίον ἀυτȣ̃, eo minus ex hoc ſpatio colligi poteſt, quo certius ex noſtro Codice apparet, ſequentem Paraphraſin Chaldaicam nullam eius rationem habuiſſe.

XXXVI. 6. pro וילך אל־ארץ leg. וילך ארץ. Si ellypſin praef. מ ſtatuere velis, conſentiret cum *Samarit.* et LXX. ἐκ τῆς γῆς χαναὰν. Interim omiſſum אל a punct. in marg. add.

XL. 8. pro פתרנים leg. פתרים, ſed נ alia manu ſuperſcriptum.

XLI. 19. pro לא in textu leg. ולא vt in *Targum*, in marg. vero alia manu לא additum.

48. poſt שבע־שנים in margine a punctat. add. הטבות. Ita *Syrus*; nec abnuit *Samar.* qui ſequentia verba ita reddit: אשר היה השבע בארץ מצרים.

53. ותחלינה vt in impr. ſed י expunct. a punctat. Ita *Samar.*

54. pro ותחלינה leg. ותחילנה ſed י tranſſ. a punct. ſecundum lectionem *Samar.* Cap.

Cap. XLIII. 1. pro בארץ leg. מאר, quod manus serior vncinulis inclusit, et superscripsit בארץ.

28. Keri וישתחוו in textu, vt in *Samar.* sed vltimum ו erasum, praecedens autem per Kübbutz punct. sine nota marg.

XLIV. 9. לאדני omiss. sed a punct. in marg. add.

XLV. 21. pro צרה לדרך leg. יוסף לדרך. Sed יוסף transf. et צרה in marg. add.

XLVI. 30. יוסף omiss. sed in marg. add.

XLIX. 10. שילה vt in impress. Quamuis vero vrbs Silo ita etiam scribatur in nostro Codice 1 Sam. I. 3. 9. 24; illam tamen hic neutiquam intelligendam esse, ex aliis rationibus patet, quas exposui *T. XIII. der gut. Sache der Göttl. Offenb.* p. 148. sq.

Pro ולו יקהת leg. ולא יקהת sed eraso א correctum.

11. pro סותה leg. סותה.

EXODVS.

Cap. IV. 26. Totus vna cum Paraphrasi Chaldaica in textu omissus est, in margine vero additus.

VII. 2. pro וְשִׁלַּח leg. וַיְשַׁלַּח.

4. בני omissum.

X. 19. גבול ארץ מצרים, Ita inserto ארץ sed non punctat. et transf.

25. בידינו pluraliter, sed י expunctum.

XII. 3. ושה לבית secunda vice cum praef. ו, sed expuncto.

4. תכסו omiss. sed in marg. add.

6. לכם similiter.

Cap. XII. 14. חג omiſſ. ſed in marg. add.

38. pro וצאן leg. צָאן ſine praef. ו a punctatore tamen ſuperſcripto, ſimiliter ac in Cod. *Helmſtadienſi.* Lectionem ſine ו ſequitur etiam *Vulgata;* ex qua ſequeretur, turbam promiſcuam non hominum fuiſſe, vt habet *Targum Onkeloſi* et *Ionathanis*, ſed pecudum. Conf. tamen Num. XI. 4. Neh. XIII. 3.

XV. 17. pro אדני leg. יהוה, ſed clathro incluſum, et אדני alia manu ſuperſcriptum. Lectionem יהוה habent etiam *Samar. Targum*, et edit. *Gerſoniana.*

Pro כוננו leg. כֹּנְנֻו, ſed ו poſt כ ſuperſcriptum manu ſeriori.

XVI. 13. השלו vt in impr. ſed ſine nota marg. vt in edit. *Bomberg.* 1525. et *Menaſſe b. Iſr.*

24. צוה יהוה משה. Ita inſerto יהוה, ſed non punctato et quatuor lineis incluſo.

XIX. 4. pro למצרים leg. במצרים, ſed correctum, plane vt in Cod. *Helmſtad.*

12. מות omiſſ. ſed a punct. add.

13. אם־בהמה ſimiliter.

XX. 4. ואשר במים מתחת omiſſa, ſed in marg. a punct. add.

10. pro וּבִתֶּךָ leg. וּבִתָּךְ.

XXII. 26. כְּסוּתֹה ſine nota marg. Cholem quidem, quod habet edit. *Bomberg.* 1525. in lit. ה puncto non exprimitur; ſed hoc ſaepius fit in hoc Codice. Interim ſub ת atramento ſat pallido manu ſeriori Kametz ſubſcriptum; ita vt iam legatur כְּסוּתָה.

Cap.

XXIV. 10. ישראל omiss. sed a punct. in marg. add.
XXX. 8. קטרת similiter.
23. וקנה־בשם חמשים ומאתים tam in textu quam in *Targum* omiss. sed in margine add.
XXXI. 11. pro צותך leg. צויתיך vt in *Samarit.* sed correct. in lect. vulgatam.
15. קדש יהוה vt in impr. sed non punctat. et linea desuper notata.
XXXII. 4. pro בַּחֶרֶט leg. בַּחֲרָט, quod forsan ita punctatum significat modulum cauum. Pentateuchus Hebraeo- Chaldaeo- Persico- Arabicus CPol. 1546. impressus habet בַּחֲרָט.
8. ויזבחו לו omiss. sed in marg. add.
11. ויחל maiuscule scriptum, praeterea in margine flosculus adpictus. In Codice 2. *Erfurt.* hic adest ח maiusculum.
XXXIII. 19. pro אַעֲבִיר leg. אֶעֱבִיר.
XXXIV. 9. ונחלתנו omiss. sed a punct. in marg. add.
XXXV. 22. pro תנופת leg. תנופות pluraliter. Ita *Targ.*
XXXVI. 29. pro יהיו leg. היו. Ita *Samar.* et *Targum.* Item Cod. 2. *Erfurt.* In primo vero, Criticus in margine istam lectionem reiicit, scribens: *stulti sunt qui* היו *scribunt, et a via veritatis aberrant.*
XXXVII. 8. pro קצוותו leg. קצוות sed correct. a punct. addito Keri in marg.
XXXIX. 24. 25. 26. שולי per Sin.
XL. 20. וישם את־הכרים על־הארן in textu pariter ac *Targum* omissa; addita quidem in margine a punctatore, exceptis tamen verbis על־הארן.
29. pro פתח משכן אהל leg. פתח אהל. Ita LXX. et Codex 1. *Erfurt.*

LEVI-

LEVITICVS.

Cap. I. 12. את־ראשׁ sine praef. ו, vt in Cod. *Helmstad.* ante correct.

II. 1. קרבן omiss. sed a punct. add.

10. יהוה similiter.

III. 2. post ושחטו sequitur אתו sed non punct. et transf.

IV. 6. את־פרכת omisso פני, quod tamen punctator in marg. addidit.

V. 23. pro האבדה leg. האבודה, sed correct.

VI. 9. pro ממנה leg. ממנו, sed ו mutat. in ה.

18. pro הוא leg. היא.

VII. 21. pro שקץ *res abominanda*, leg. שרץ *reptile.* Ita *Samarit. Targum*, *Syrus* et *Arabs*. Quae etiam lectio praeferenda videtur; quia alias pleonasmus esset שקץ טמא *res abominanda immunda*. Potius vt antea hominum pecudumque immundorum mentio facta, ita nunc commode commemorantur reptilia immunda.

VIII. 26. וחלת לחם שמן אחת omiss. sed. a punct. in marg. add.

IX. 19. האיל similiter.

24. pro וירנו leg. ויירנו.

X. 10. הקדש ובין החל ובין omiss. sed. in marg. a punct. add.

XI. 7. גרה similiter.

37. כל omissum, vt in *Samaritano*; additum tamen a punct. in marg.

XV. 18. pro וטמאו leg. וטמא, sed ו a punct. add.

19. בבשרה vt in impr. sed a punctat. mutatum in מבשרה.

כל sine praef. ו.

Cap.

XV. 32. אשר ſine praef. ו, ſed a punct. add. plane vt in Cod. *Helmſtad.*

-33. לאיש ſine praef. ו, ſed a punct. ſuperſcripto. אשר omiſſ. ſed in marg. a punct. add.

XVI. 4. pro ובאבנט leg. ואבנט, ſed ב a punctat. ſuperſcr.

21. ואת־פשעיהם omiſſo כל, ſed a punct. add.

XVII. 4. לא omiſſum, fortaſſis non male. In vſus enim quotidianos pecudes in quolibet loco mactare licuit. Verum enimuero ei, qui quod in caſtris mactauerat ad oſtium tabernaculi tanquam ſacrificium adferre voluiſſet, effuſio ſanguinis veluti homicidium imputabatur. Omiſſum tamen לא a punctat. in marg. add.

דם שפך ונכרת האיש ההוא omiſſ. ſed a punct. in marg. add.

XVIII. 3. וכמעשה ארץ־כנען אשר אני מביא אתכם שמה לא תעשו omiſſa, in marg. vero a punct. add.

17. pro ואת־בת־בתה leg. ואת־בתה, ſed. בת in marg. add.

XXI. 9. pro תחל leg. תהל.

XXII. 9. pro עליו leg. על, ſed correct. a punct.

23. תעשה, omiſſ. ſed in marg. add.

XXIII. 28. כפרים ſimiliter.

XXVII. 11. pro לפני הכהן conſtituet animale *coram ſacerdote*, leg. לפני יהוה הכהן conſtituet id *coram Iehoua ſacerdos.* Sed יהוה non punctat. et clathro incluſum.

NVME-

NVMERI.

Cap. V. 12. אלהם omiſſ. ſed in marg. add.

24. ובאו בה המים המאררים. ſimiliter.

VI. 12. poſt כבש a punct. in marg. inſeritur אחר quod habet *Syrus.*

14. pro וכבשה leg. וכבש, ſed ה a punct. ſu perſcriptum.

VIII. 13. תנופה לפני ליהוה, Ita inſerto לפני lice poſtea tranſfixum ſit. Conſentiunt *Targum* LXX. et Codex *Helmſtad.* ante correctionem Vid. GE. IO. LVD. VOGELII *Obſeru. ad varia quaſdam Lectiones* dicti Codicis p. 14.

IX. 13. מעמיה omiſſ. ſed in marg. a punct. add.

XI. 25. וידבר et איש omiſſ. ſed in marg. add.

29. נביאים כי יתן יהוה ſimiliter.

XII. 2. Poſt גם בנו דבר leg. יהוה ſed non puncta et vncinulis incluſum.

XIII. 22. ויבא vt in impreſſis. Recte quidem. Proba bile enim eſt, exploratores non omnes con iunctim ſingulas prouincias terrae Cananea peragraſſe, hoc enim nimis periculoſum fu iſſet; ſed ita, vt quilibet eorum certas regio nes perluſtrauerit, donec in reditu conueni rent. Venit ergo vnus eorum Chebronem nimirum Caleb, Ioſ. XIV. 9. 12. Frequen praeterea verbi ויבא eſt enallage ita expli canda: *et venit quiſque eorum.* Et hac ra tione illud ſine dubio intellexerunt *Samarita nus*, LXX. *Syrus*, *Arabs* et *Vulgata*, dum verbun plurale adhibent. Caeterum Maſora hic i margine annotat, ſeptem eſſe *Sebhirin* ויבאו

Cap

Cap. XIV. 25. מחר omissum, siquidem etiam omittitur in loco parallelo Deut. I. 40. Accedit, sequenti die Israelitas non recessisse, sed Cananaeos adortos esse v. 40. sq. Punctator interea omissum מחר suppleuit in margine.

XVI. 2. pro קראי leg. קרואי.

19. כל omiss. sed in marg. add.

XVII. 2. האש similiter.

XVIII. 13. ליהוה similiter.

19. תרומת similiter.

XX. 3. pro וְלוּ leg. ולא, sensu satis commodo, q. d. *Non quidem mortui sumus, quum exspirarent fratres nostri coram Domino. Sed quare adduxistis coetum Domini in desertum hoc, vt moriamur ibi?* Mori ergo nolebant. Interim ולא a punctatore mutatum in ולו.

XXI. 14. pro את־והב leg. אתוהב coniunctim, vt in libris nonnullis scriptum reperit KIMCHI *in Lex. fol.* 32. *a.* Ita tamen vt inter ת et ו punctum satis spissum posuerit Scriba.

XXIII. 3. pro עלתך leg. עלתיך. Ita *Samar.* et *Syrus.*

XXIV. 23. משמר אל diuisim scriptum erat, vt in impr. ita vt משמר vltimum fuerit vocabulum praecedentis, אל vero primum immeditare sequentis lineae. Sed hoc punctis orbatum reliquit punctator, illi vero אל cum Soph-pasuk immediate addidit, adeo vt voces illae coniunctim exprimantur, prouti in Cod. 1. *Erfurt.*

XXV. 1. pro אל־בנות leg. את־בנות, Sed vocabulum את punctis quidem instructum, linea tamen superne notatum est, addito in marg. אל.

Cap.

Cap. XXVII. 7. Nun finale in verbis אביהן להן peculiarem exhibet figuram literae Graecae ϱ haud dissimilem; forsan ad exprimendum simul suffixum masculini generis.

11. חקת sine praef. ל, sed a punct. superscr.

16. איש omiss. sed in marg. add.

XXIX. 3. ושני cum praef. ו, vt in LXX. *Samar. Syr.* et *Arab.*

XXX. 15. או omiss. sed in marg. add.

XXXI. 2. ad vocem אחר Masoretha notam marginalem adiecit עטור סופר ה׳ מלי׳ *Ittur Sophrim quinque dictiones*; de qua nota vid. MICHAELIS Var. lect. ad h. l.

29. pro ממחציתם leg. ממחצית, sed suffixum a punct. superscr.

XXXII. 38. ואת־שמות cum praef. ו. Scilicet vrbes pristinas quas reaedificabant, nominibus suis vocarunt; et ciuitatibus quas praeterea exstruebant itidem nomina indiderunt.

XXXIV. 14. מטה ante מנשה omiss. sed in marg. add.

23. נשיא. similiter.

XXXV. 33. הדם omissum in textu, ita vt sensus sit: *nam ille homicida profanat terram.* Interim in marg. a punct. add.

XXXVI. 12. ממשפחת singulariter, melius: quia nonnisi de vna tribu sermo est.

DEVTERONOMION.

Cap. I. 11. אלהי omiss. sed in marg. a punct. add.

17. תשמעון similiter.

21. את־הארץ nec non אלהי similiter.

Cap.

Cap. I. 39. pro יבאו leg. יבא, sed ו a punct. superscr.
40. ויסעו omiss. sed a punct. in marg. add.
II. 7. ידיך pluraliter. Ita *Samar.* LXX. *Vulgat.* item Cod. 1. et 5. *Erfurt.*
11. אף־הם vt in impr. antea scriptum videtur; sed אף erasum et mutat. in גם.
Pro והמאבים leg. והמאבים.
14. pro את־נחל leg. אל־נחל. Sed אל quamuis punctatum vncinulis inclusum, addito in margine את a manu seriori.
18. ואת־ער cum praef. ו.
22. וישבו omiss. sed in marg. a punct. add.
III. 18. הזאת similiter.
IV. 17. צפור sine praeuio כל, in margine tamen add.
38. את־ארצם omiss. sed a punctat. add.
VI. 8. ידיך pluraliter, vt in *Samarit.* sed correct. in ידך.
9. ביתיך pluraliter, vt in LXX. *Samarit.* et *Syro*; sed י iugulatum.
11. ושבעת omiss. sed a punct. in marg. add.
14. אחרים similiter.
25. אלהינו similiter.
IX. 13. pro קשה־ leg. קשי. Ita in *Samarit.* et Cod. *Helmstad.* ante correctionem.
19. ההוא leg. ההיא.
X. 5. ואפן omiss. sed in marg. a punct. add.
XI. 3. pro לפרעה מלך מצרים leg. לפרעה ולכל מצרים. Interim ולכל punctis iam instructum transfixit manus recentior, et מלך in margine scripsit.
XII. 18. ידיך pluraliter. Ita *Samarit.* Codex *Helmstad.* 1. et 3. *Erfurt.* item edit. *Bomberg.* 1525. et *Menasse b. Isr.*

Cap. XIV. 2. לו omiſſ. ſed in marg. add.
6. שסע ſimiliter.
XV. 18. בעיניך pluraliter, vt habent *Samarit.* et *Syrus*, ſed י expunctum.
XVII. 5. הרע omiſſ. ſed a punct. in marg. add.
6. או על־פי שלשה ערים. Ita, vt in *Samarit.* inſerto על־פי. ſed iterum eraſo.
XIX. 5. ונשל הברזל מן־העץ omiſſ. ſed in marg. a punct. add.
20. pro בקרבך leg. מקרבך, ſed מ vncinulis inclusum, ב vero ſuperſcr.
XX. 14. כל־שללה omiſſ. ſed a punct. in marg. add. איביך pluraliter, vt in impr. ſed י plur. expunct.
19. רבים omiſſ. ſed in marg. add.
XXI. 3. בעל ſimiliter.
16. האהובה על־פני בן omiſſ. ſed in marg. add.
XXII. 4. בדרך ſimiliter.
XXIII. 2. pro דכה leg. דכא, vt in MSto Malabarico apud WOLFIVM T. 4. *Bibl. Hebr.* p. 97. aliſque peruetuſtis. Vid. MICHAELIS Var. Lect. ad h. l. Ita etiam in edit. *Prag.* 1518. *Bomberg.* 1525. et *Menaſſe b. Iſr.*
19. גם omiſſ. ſed in marg. add.
23. totus deeſt vna cum Paraphraſi Chald. A manu tamen ſeriori in margine ſupplentur.
XXV. 14. pro בביתך leg. בבית, ſed ſuffixum ך ſuperſcriptum.
15. איפה שלמה וצדק יהיה לך omiſſa, ſed in marg. add.
XXVI. 2. שמו omiſſ. ſed a punct. in marg. add.
XXVII. 9. ישראל praemittit בני etiam punctatum, ſed manu ſeriori tranſfixum.

Cap.

Cap. XXVII. 17. pro מסיג leg. משיג per Sin, vt in Cod. 2. 3. 4. *Erfurt.* et *Helmstad.*

XXVIII. 8. ידיך pluraliter, vt in *Samar.* et *Ar.* item in edit. *Prag.* 1518. Similiter v. 12. vbi consentiunt *Samar. Targum*, *Syrus*, LXX. et *Vulgat.* licet hic י plurale expunctum sit.

27. ובעפלים vt in impr. sed punctis orbatum: in marg. vero ובטחרים quod Codex *Helmstad.* in textu habet.

30. Keri ישכבנה hic in textu legitur, in margine vero ק' ישגלנה. *Samar.* leg. ישכב עמה.

36. יהוה omiss. sed a punct. in marg. add.

38. השדה similiter.

50. ישא similiter.

52. והצר לך בכל שעריך בכל ארצך, omissa: forsan non male, quum eadem fere verba in priori hemistichio iam adfuerint. Interim a punct. in margine adiecta sunt.

53. לבמצוק omiss. sed in marg. add.

XXIX. 4. לא־בלתה similiter.

XXXI. 2. היום similiter.

XXXII. 6. ה ליהוה per ה separatum, non tamen maiuscule scriptum.

26. pro אפאיהם *ad angulos vsque excidam illos*, scriptum videtur אכאיהם *conteram illos*, cum כ maiusculo; cui tamen פ minusculum combinatis literarum ductibus inscriptum est, adeo vt etiam pro פ duplicato haberi possit: qualis etiam figura occurrit v. 27. in פן, v. 31. in פלילים, v. 32. in מגפן et גפנם, v. 42. in פרעות et v. 43. in וכפר.

Cap. XXXII. 32. pro עכבמר leg. עכבר, sed מ a punct. superscr.

50. אמך singulariter, melius, vti habent *Samar.* LXX. *Syrus* et *Arabs*. Interim י plurale a punctat. insertum.

XXXIII. 2. אש—דת separatim quidem scriptum, ita tamen, vt literae ש et ד linea quadam immediate coniuncta sint; quae autem pro lineola Makkeph haberi nequit: quum haec alias a punctatore in suprema parte literarum satis tenuiter pingi soleat, illa vero in earundem medio spissius ab ipso Scriba exprimatur.

3. לרגליך pluraliter. Ita Cod. 1. 2. 3. 4. *Erfurt.* cum LXX. Interp.

7. לו omiss. sed. in marg. a punct. add.

9. ואת בנו לא ידע similiter.

אמרתיך pluraliter, sed י expunctum.

CANTICVM CANTICORVM.

Cap. II. 3. כתפוח בעצי היער כן דודי בין הבנים omissa, manu vero seriori in margine addita, licet sine punctis.

14. Lectionem τȣ̃ Keri ומראך in singulari exprimit ipse textus, sine nota marg. quemadmodum in altero Codice nostro, 2. et 3. *Erfurt.* editione *Gersoniana, Pragensi* 1518. *Bombergiana* 1525. aliisque.

IV. 4. pro דויד leg. דוד. Impressa exemplaria Dauidis nomen defectiue exprimunt in libris Ruth, Samuelis, Regum, Psalmis, Prouerbiis, Coheleth, Iesaia, Ieremia et Ezechiele; plene autem in libris

libris Chronicorum, Esra, Nehemia et Zacharia. Colligit hinc Cel. KENNICOTTVS *in the State of the printed Hebr. Text of the O. T.* p. 20. si probari posset, scriptionem huius nominis sine Iod vsitatam fuisse ante captiuitatem Babylonicam, post illam vero cum eodem; illud egregium suppeditare criterium, vnde de antiquitate huius vel illius libri Biblici iudicium ferri queat. Idem vero multum ipsi valere videtur contra antiquitatem Cantici Canticorum, quod scilicet longe recentioris esset originis quam vulgo putatur: siquidem in eo nomen Dauidis in omnibus libris plene scribatur; licet haec ratio scribendi demum post captiuitatem, certe non ante tempus Hoseae et Amosi inualuerit. Ipse tamen KENNICOTTVS in additamentis p. 523. fatetur, Codices MSS. istam obseruationem non valde confirmare. Nec dubium est, quin plurium Codicum collatio certiorem postea illum reddiderit, descriptores certam in exprimendo hoc nomine regulam sequutos non esse, sed nonnunquam Iod inseruisse in libris ante captiuitatem scriptis; e contraria vero parte saepissime illud omisisse in libris serioribus. Sic in ipso hoc Codice inter Haphtaras Amos IX. 11. pro דויד impressorum leg. דוד. In Bibliothecae vero Regiae Codice, quamuis in eo י saepissime abundare soleat, tamen pro דויד leg. דוד 1 Reg. III. 14. XI. 4. 36. Ezech. XXXIV. 23. Hos. III. 5. Amos VI. 5. IX. 11. Zah. XII. 7. 8. 10. 12. XIII. 1. Esr. III. 10. (*) VIII. 20.

(*) Hic locus inprimis notandus, quia ibidem in voce דוך vltimum

20. Neh. III. 15. 16. XII. 37. 1 Chron. III. 1. VI. 16. VII. 2. XI. 3. 5. 6. 7. 9. 11. 17. 18. bis, XII. 1. 16. 21. 22. XIII. 12. XIV. 2. 3. 11. XV. 1. 2. 3. 29. XVI. 1. 2. 7. 43. XVII. 1. 15. 18. 24. XVIII. 3. 4. 5. 6. XIX. 4. 8. 17. 18. 19. XX. 8. XXI. 10. 16. XXIII. 25. 27. XXIV. 3. 31. XXV. 1. XXVIII. 2. 11. et 2 Chron. V. 2. X. 16. XIII. 6. XXI. 1. 7. Quamuis etiam lectio plena adhibita fuerit, vbi impressi habent defectiuam, 1 Chron. XIII. 6. XVII. 16. Et licet idem Codex lectionem impressorum דויד seruet Cant. IV. 4; tamen id nihil officere potest antiquitati Cantici Salomonaei: quum lectio defectiua Codicis Bibliothecae Senatus in h. l. abunde doceat, librarios pro arbitrio Iod vel omisisse, vel inseruisse.

Cap. IV. 7. pro בך *in te* leg. בה *in ea* scil. vniuersitate tua.

8. pro אתי מלבנון כלה אתי מלבנון תבואי leg. in textu אתי מלבנון תבואי. Punctator omissa verba אתי מלבנון in margine adiecit punctis instructa; manus vero serior vocem כלה sine punctis.

V. 4. pro עליו *super illum* leg. עלי *super me.* Ita et in altero Codice nostro, 1. 2. 3. 4. *Erfurt.* et *Helmstadiensi* ante correctionem.

8. pro השבעתי leg. השבעת, sed י superscr.

11. pro קְוֻצּוֹתָיו leg. קְוֻצּוֹתָיו. Interim sub ק Schua vel Kübbutz, sub ו vero Patach manus serior atramento tenuiori adpinxit.

Cap.

timum ר paulo longius protractum cernitur, ita vt ductus eius horizontalis vsque ad finem lineae pertingat; quae alias inserto י facilius adimpleri potuisset.

Cap. V. 13. כַּעֲרֻגֹת pluraliter. Ita LXX. *Aquila* et *Vulg.*

VI. 1. היפה בנשים אנה פנה דודך omissa, sed manu seriori literis rotundis admodum indistincte in margine adposita, licet דודך iterum transfixum sit.

VIII. 5. מתרפקת omiss. sed a punct. in marg. add. Pro שמה secunda vice leg. ושמה vt in altero Cod. nostro, sed praef. ו quod etiam *Syrus* exprimit, expunctum.

R V T H.

Cap. I. 1. pro בשדי leg. בשדה singulariter, vt in edit. *Prag.* 1518. Ita *Targum*, LXX. *Syrus*, *Arabs*. Eadem ratione v. 22. pro משדי leg. משדה, vt habent LXX. *Targum* et *Syrus*, nec non Cap. II. 6. consentientibus omnibus antiquis versionibus.

II. 8. pro לִלְקֹט leg. לְלַקֵּט in Piel.

14. pro ואכלת leg. ואכלתי cum nota marg. ab ipso Scriba add. י׳ כתי׳ ולא קׄ.

21. post ותאמר Masoretha in margine notam adscripsit חצי הספר.

כל omiss. vt in vers. *Arab.* sed in marg. add.

22. pro יפגעו leg. תפגעו.

III. 2. pro את־ leg. עם־. Ita et in altero Cod. nec non in edit. *Prag.* 1518.

3. pro ורחצת׀ leg. ורחצתי sine Psik et addito י minusculo.

Pro ושמתי leg. ושמת vt in Cod. *Helmst.* et altero nostro, item in edit. *Gerson.* et *Prag.*

וירדתי vt in impr. cum nota ab ipso Scriba addita י׳ כתי׳ ולא קׄ.

Cap. III. 9. כנפיך pluraliter, vt in altero Cod. nostro, item in *Helmstad.* ante correct. et sic etiam LXX. Sed. י a punctat. iugulatum.

16. pro את כל־אשר leg. את אשר secundum lectionem Occidentalium.

IV. 4. Keri ואדעה in textu, sed ה erasum, cum nota marginali punctatoris ו׳ עה ק.

10. על־נחלתו ולא־יכרת שם־המת omissa, quae sequentem in modum post praecedens שם supplentur in margine a punctatore: המת בישראל ולא־יכרת שם.

14. pro לא, qui *non* cessare fecit tibi, legitur לו, qui *sibi* quiescere fecit tibi. Serior tamen manus ו mutauit in א.

16. לו omiss. sed in marg. add.

THRENI.

Cap. I. 3. מצאת omiss. sed. a punct. in marg. add.

15. pro אדני secundo leg. יהוה vt in *Targ.* et edit. *Gerson.* etiam punctatum; in margine vero אדני. Idem obtinet in altero Cod. nostro. לבתולות pluraliter. Ita *Targum.*

II. 1. pro רגליו leg. רגלי, sed ו superscr.

6. pro יהוה leg. אדני.

8. בת־ציון omiss. sed in marg. add.

16. pro שקוינהו leg. שקוינהו.

18. עיניך pluraliter. Ita LXX.

19. ברעב omiss. a punct. vero in marg. add.

20. pro והביטה leg. והביט, cum nota marg. ab ipso librario addita הביטה ק׳.

פרים omiss. sed in marg. add. a punctat.

Cap.

Cap. II. 20. pro במקדש leg. במקד, sed ש superscr. Pro אדני leg. יהוה vt in Codice *Helmstad.* et altero nostro, consentiente *Chaldaeo.* Punctatum quoque; sed linea superne et inferne notat. in margine vero אדני.

III. 7. pro נְחֻשְׁתִּי leg. נְחֻשְׁתַּי.

9. נְתִיבָתִי singulariter.

31. pro אֲדֹנָי leg. יהוה, vt in altero Codice et *Targ.*

32. Keri חסדיו in textu, sine nota marg. Ita in altero Codice nostro, 2. et 3. *Erfurt.* ac *Helmstad.* nec non in edit. *Prag.* 1518. et *Menass. b. Isr.*

42. ואתה cum praef. ו, quod etiam exprimunt LXX. *Syr.* et *Ar.* a punctat. vero iugulatum est.

43. ולא cum praef. ו. Ita *Syr. Ar.* et LXX. secundum recens. Cod. *Alexand.* Nec non editio *Gersonis* et *Prag.*

59. pro עִוְּתָתִי leg. עַוָּתָתִי.

IV. 3. כיענים coniunctim sine nota marg. *struthionum instar:* melius, consentientibus omnibus versionibus antiquis, edit. *Gersonis, Prag.* 1518. *Bomberg.* 1525. *Plantini, Rob. Stephani, Munsteri* et *Menass. b. Isr.* In altero Codice nostro כי ענים fere contigua sunt.

6. מחטאת pluraliter. Ita *Arabs.*

16. זקנים vt in impr. adiecta ab ipso Scriba nota marg. ק̇ וזקנים.

V. 5. Keri ולא cum praef. ו in textu, sine not. marg. Ita et in altero Cod. nostro, item *Helmstad.* ante correct. et in edit. *Gerson.*

16. ראשינו pluraliter, quemadmodum in altero Cod.

18. pro ששמם leg. שהשמם, addita ab ipso Scriba in

in marg. nota הׄ כתׄי ולא קׄ, quae tamen eodem atramento rursus transfixa est, similiter ac ה in textu.

Cap. V. 21. ונשוב vt in impr. cum not. marg. a librario adiecta הׄ קׄ ולא כתׄי. Sed in repetitione huius versus in fine libri, punctis etiam et accentibus instructa, ונשובה, vbi tamen ה a punct. iugulatum.

ECCLESIASTES.

Cap. I. 1. Primum vocabulum דברי maiuscule scriptum et auro obductum est. Sequitur autem litera א post aliquale spatium, minori figura ac praecedentes literae picta et argento obducta.

16. הנה omiss. sed a punct. in marg. add. In altero Codice punctatum non est.

II. 20. post שעמלתי leg. וְשֶׁחָכַמְתִּי vt in altero Codice, sed expunctum. Vtrumque coniungit *Targum: quem laboraui ad acquirendum, et quod sapiens fuerim ad praeparandum.*

23. כי omiss. sed a punct. in marg. add.

24. pro הִיא leg. הוּא vt in Cod. 2. et 4. *Erfurt.* tertius vero habet הוא, ita et alter Codex noster, et edit. *Prag.* 1518.

III. 13. pro מַתַּת leg. מִתַּת.

pro הִיא leg. הוּא.

19. pro כן מות leg. כן־כמות, sed כ expunctum.

22. pro בְּמֶה leg. בְּמָה prouti in altero Codice correctum est.

IV. 1. pro העשקים prima vice leg. העסוקים, correcto ש quod antea adfuit in ס.

2. חיים omiss. sed. in marg. add.

16. pro ורעיון leg. ורעות.

Cap.

Cap. V. 7. מעל גבה omissum, forsan non male; sed a punct. in marg. add. *Symmachus* ita: καὶ ὑψηλότερος ἐπάνω αὐτῶν.

8. pro נֶעֱבָד leg. נֶעֱבַד.

12. pro לבעליו leg. בעליו, sed ל a punct. superscr.

VI. 12. pro אחריו leg. אַחֲרַי *post me*, sed ו manu recentiori superscr.

VII. 13. pro עותו leg. עותה, sed ה correct. in ו.

14. pro גם את־זה leg. גם זה.

15. pro עֹבֵר leg. אָבַד.

16. יותר omiss. sed in marg. add.

pro תשומם leg. תשתומם, sed ת expunctum.

18. את־ידך vt in impr. sed את non punctat. et transf. Omittitur in edit. *Prag.* 1518.

27. pro זה leg. כי, etiam punct. quod transfixit manus serior, et in marg. posuit זה.

28. מצאתי primum omiss. sed alia manu in marg. add. licet sine punctis.

VIII. 3. ואל־תעמד cum praef. ו, vt in altero Cod. et edit. *Prag.*

9. את־לבי vt in impressis, את vero a manu seriori mut. in אל.

12. מאריך sine praef. ו, sed a punct. superscr. *Symmachus* ita: ἀπέθανεν μακροθυμίας γενομένης αὐτῷ.

IX. 3. pro והוללות leg. והוללת. Ita singulariter LXX. et *Symmachus*.

5. ואין omiss. sed in marg. add.

9. את־כל־ימי. Ita praeuio את.

14. pro ובא leg. ובה, sed ה mut. in א.

15. ומלט הוא את־העיר בחכמתו omissa; sed in marg. a punct. add.

Cap.

Cap. X. 4. pro אם־רוח leg. כי רוח, sed כִּי transf. et in marg. manu seriori add. אם.

5. pro מלפני leg. לפני, prouti legit *Syrus*; sed מ manu seriori superscr.

9. pro בוקע leg. ובוקע vt in altero Cod. nostro et 2. *Erfurt.* ac vers. *Syr.* Sed praef. ו virgula notatum.

17. Loco vocis בגבורה aliud ante scriptum erat verbum, nunc erasum. *Vulgatus* habet *ad reficiendum.* *Symmachus* autem: *μετὰ ἀνδραγαθίας.*

20. כנפים sine ה in initio; quod tamen adscripsit punctator, cum not. marg. לא כֹ הֹ.

XI. 9. בילדותיך pluraliter, vt in altero Cod. et edit. *Prag.* 1518. *Targum: in diebus pueritiae tuae.* Consentit *Syrus.*

Keri ובמראה in textu, sine nota marg. vt in altero Cod. edit. *Gerson.* et *Prag.* commodius. Consentiunt LXX. *Vulgat.* et *Hieronymus* in Comment.

XII. 1. pro בוראיך *creatorum tuorum*, leg. בוראך *creatoris tui*, melius. Nam licet pluralis Deum triunum hominum creatorem indigitare possit, vt Ies. LIV. 5. Psalm. CXLIX. 2; singularem tamen h. l. exprimunt, praeter omnes versiones antiquas, et *Hieronymum* in Comment. alter Codex noster et *Helmstad.* nec non edit. *Prag.*

5. pro אֶל leg. עַל.

7. pro עַל leg. אֶל melius, vt in altero Cod. et edit. *Prag.* Consentiunt *Targ. Syrus*, *Arabs* et *Vulg.*

9. וחקר omiss. sed in marg. add.

12. אין קץ ולהג הרבה similiter.

ESTHER.

ESTHER.

Cap. I. 20. ונשמע omiſſ. ſed in marg. add.

II. 20. את־מאמר ſine praefixo ו, quod manu ſeriori demum adſcriptum eſt.

III. 8. ומפרד omiſſ. prouti in LXX. ſed in marg. add.

14. pro עתדים leg. עתודים.

IV. 11. לבוא omiſſ. vt in *Vulg*. ſed in marg. add.

14. pro רֶוַח leg. רִיוַח.

16. וגם cum praef. ו vt in altero Cod.

V. 7. אסתר המלכה. Ita addito המלכה etiam punctato, ſed virgula notato.

12. pro קרוא leg. קריא nominaliter, cum nota marg. Scribae קרוא כׄ.

VI. 13. אהביו omiſſum, ex mera vt videtur oſcitantia, quum eius initium א in fine lineae antecedentis ſcriptum iam fuerat. Hinc in marg. add. לפניו omiſſ. ſed in marg. a punct. add.

VII. 7. pro ממשתה leg. במשתה, ſed ב iugulatum et מ manu recentiori adpoſitum.

Pro על־נפשו leg. את־נפשו, ſed את eraſum et על manu recentiori additum.

VIII. 1. היהודים in textu, vt in altero Cod. et edit. *Gerſon*. Punctator tamen י inſeruit et notam marg. יתׄי׳ adiecit.

3. לפני ſecundum deeſt, in marg. vero add.

5. את־כל־היהודים. Ita inſerto כל, vt in altero Cod. et *Targum*, quod tamen a punct. tranſfixum.

7. המן omiſſ. et in marg. add. Item לאסתר.

17. טוב omiſſ. ſed a punct. in marg. add.

Pro פחד־היהודים leg. פחד־מרדכי, forſan melius. Interim מרדכי punctis licet inſtructum

ctum manus ſerior virgula tranſfixit, היהודים vero in margine adſcripſit.

Cap. IX. 2. pro בפניהם leg. לפניהם. Ita in Cod. *Helmſtad.* et primo *Erfurt.* nec non in quibuſdam impreſſis.

3. אשר לפניו למלך. Ita inſerto לפניו ſed non punctato.

17. ושמחה omiſſ. ſed in marg. add.

19. טוב ſimiliter.

23. אליהם vt in impreſſis, vt ſenſus ſit: *aſſumſerunt Iudaei - - - - et quod ſcripſit Mardochai ad illos.* Sed manus ſerior expuncto א adpoſuit ע ita vt legendum ſit עליהם *ſuper illis*, vel de rebus ad illos pertinentibus: forſan melius.

HAPHTAROTH.

1) בראשית *Ieſ. XLII. 5. - - Cap. XLIII. 17.*

Cap. XLII. 6. Pro קראתיך leg. קראתי, ſed ך a punctat. ſuperſcr.

16. בנתיבות לא־ידעו omiſſ. vt in altero Cod. ſed in marg. add.

Pro עשיתם leg. עשיתים vt in Cod. *Helmſt.* et altero noſtro, nec non edit. *Pragenſi* 1518.

20. ראית vt in impreſſ. ſine nota marg. *Chetibh* hic commode retineri poteſt, רָאִיתָ *vidiſti.* Ita *Vulg. qui vides*; LXX. autem εἴδετε, cum qua conſentit *Targum* et *Arabs.* Nec obſtat, ſequens פקוח requirere praecedens ראות, quod *Keri* exprimit. Nam ibi Propheta in tertia perſona loqui incipit: *aperiundo* ſcil. aperire voluit ipſi Deus *aures*, *nec tamen audit.*

dit. Ita fere *Symmachus:* ἔιδες πολλὰ καὶ ȣ̓ φυλάξεις, ἀνεωγμένα τὰ ὦτα ἀυτȣ̃, καὶ ȣ̓ μὴ ἀκȣ́σεις.

Cap. XLII. 22. pro הַחְבָאוּ leg. הָחְבָּאוּ.

24. למשיסה in textu, ſine not. marg. vt in edit. *Gerſon.*

XLIII. 6. pro הביאי leg. הביאו *adducite.* Ita *Targum.* Nota tamen marginalis addita אי ק׳.

7. לכבודי ſine praef. ו, forſan melius.

2) תולדות נח *Ieſ. LIV.* 1. - - *Cap. LV.* 5.

Cap. LIV. 16. Keri הנה in textu, vt in Cod. *Helmſt.* et edit. *Prag.* 1518. Punctator tamen ה iugulauit notamque marg. הנה ק adiecit.

LV. 1. ואשר vt in impr. ſed ו expunctum, forſan non male. Ita *Syrus.*

3) לך לך *Ieſ. XL.* 27. - - *Cap. XLI.* 17.

Cap. XL. 31. Pro וקוי leg. וקווי vt in Cod. *Helmſtad.* altero noſtro, illiſque qui in Praefatione *Iablonskiana* §. 13. commemorantur: nec non in edit. *Prag.* 1518. Verba quae poſt יחליפו כח ſequuntur, vſque ad eadem verba Cap. XLI. 1. recurrentia, librarii oſcitantia omiſſa ſunt.

XLI. 14. pro עֹזַרְתִּיךְ leg. עֲזַרְתִּיךָ, vt in edit. *Prag.* 1518.

17. pro העניים leg. הענים.

4) וירא 2 *Reg. IV.* 1-26.

Cap. IV. 2. לכי vt in impr. cum י paragog. ſed ſine Keri in margine.

אם omiſſ. ſed in marg. add.

Cap.

Cap. IV. 3. שכניכי vt in impr. ſine not. marg. ſuperſcripto tamen circello.

5. אליה vt in impr. ſed correct. in אליו.
Pro והיא leg. והוא.
מרצקת in textu, vt in edit. *Gerſ.* et *Prag.* 1518. ſed correct. a punct. in מיצקת, ſine nota marg. Ita in Cod. *Helmſtad.*

7. נשיכי vt in impr. ſine not. marg. ſuperſcripto tamen circeello.
Pro בניכי leg. ובניכי ſuperſcr. circello, ſed abſque not. marg.

13. מה vt in impreſſ. addito tamen a punctat. praef. ו, vt in edit. *Prag.* et in Cod. *Helmſtad.* ante correct.

16. אתי vt in impr. ſine *Keri* in marg. ſuperſcr. tamen circello. Item v. 23.

20. pro ויבאהו leg. ויביאו, ſed ה ſuperſcr.

23. הלכתי vt in impr. ſuperſcripto quidem circello, ſed ſine nota marg.

5) חיי שרה 1 *Reg.* I. 1-31.

Cap. I. 9. ועבדי cum praef. ו, non male: miniſtri enim Regis diuerſi erant a viris Iudae. Conſentiunt *Syrus* et *Arabs*. Interim ו manu ſeriori tranſfixum.

13. poſt כסאי punctator addidit תחתי.

16. poſt ויאמר manus ſerior in marg. addidit לה non punctatum, quod in altero Cod. in textu legitur, ſed ſine punctis. Habet illud *Syrus* et *Arabs*.

17. בנך omiſſ. ſed a punct. in marg. add.

18. pro ועתה *et nunc*, ſecunda vice leg. ואתה *et tu:* melius, conſentientibus omnibus verſionibus anti-

antiquis, Cod. 2. et 3. *Erfurt.* et altero noſtro. In *Helmſtad.* ita correctum eſt. Caeterum ad hoc verbum notant Maſorethae: *Tria ſunt* עתה *quae videntur legi debere* אתא, *ſed legimus ea* עתה, *et errant in eis.*

Cap. I. 19. ולויאב omiſſ. ſed. in marg. add.

20. pro ואתה *et tu*, leg. ועתה *et nunc*, melius. Conſentiunt *Targum*, *Syr. Ar.* et *Vulgat.* Siquidem et ita in altero Cod. noſtro correctum eſt. Interim ע transſfixum et א ſuperſcr. a punctat.

27. עבדיך vt in impr. pluraliter; ſed י iugulatum, ſine not. marg. Singularem habet edit. *Prag.* 1518. על־כסא omiſſum.

6) תלדות יצחק. *Malach. I.* 1. - - *II.* 7.

Cap. I. 2. אתכם omiſſ. ſed in marg. add.

6. ואם primum vt in impr. ſed praef. ו expunctum, prouti legunt *Targ. Syr. Ar.* nec non alter Cod. noſter, et *Helmſtad.* ante correct.

13. poſt המנחה leg. יהוה ſed non punctat.

14. pro לאדני leg. ליהוה vt in edit. *Gerſon.* et *Prag.* 1518.

II. 3. אתכם omiſſum, vt ſenſus ſit: ſtercus victimarum in faciem veſtram ſpargendum auferet ad ſe, ſcil. ſementem. Ita locum ſat obſcurum intellexiſſe videtur *Chaldaeus*, qui ita eum circumſcribit: *prohibebitur pars veſtra ab eo.* Punctator tamen אתכם in margine ſuppleuit.

4. יהוה omiſſ. ſed a punct. in marg. add.

7) ויצא יעקב. *Hoſ. XIII.* 13. - - *Cap. XIV.* 10.

Cap. XIII. 2. כספם ſine praef. מ ſed manu recentiori ſuperſcr.

Cap. XIII. 14. דברך singulariter vt in Cod. *Helmstadiensi*, et edit. *Prag.* 1518. Consentit Paulus 1 Cor. XV. 55. κέντρον.

XIV. 1. ועלליהם cum praef. ו, vt in altero Cod. item in *Helmst.* correctum. Consentiunt LXX. et *Arabs*.

8) וישלח. *Propheta Obadia totus.*

v. 1. Pro אדני יֱהֹוִה leg. יהוה אֲדֹנָי.

7. pro תחתיך leg. תחתך.

11. Keri שעריו in textu, sine not. marg. vt in Cod. *Helmst.* et altero nostro, nec non edit. *Menass. b. Isr.* Pro מהם leg. מה, sed ם manu seriori superscr.

12. ואל vt in impr. sed ו non punct. et transf. vt in Cod. *Helmst.* et *Berol.* Praefixum non exstat in altero Cod. nostro, nec a *Syro* exprimitur. Deest quoque in edit. *Gerson.*

16. pro תמיד *iugiter*, leg. סביב *circumquaque*, vt in textu legunt edit. *Gersonis*, *Pragensis* 1518. Cod. *Berolin.* et *Dauentriensis* ante correctionem, nec non Cod. 1. *Erfurt.* licet istam lectionem in marg. improbet Masoretha. In altero Codice nostro in margine manu seriori adscriptum legitur סביב; in hoc priori vero vocabulum illud in textu non punctatum et virgula transfixum est a punctatore, qui in margine scripsit vocem תמיד, ad quam alia manu additum est כן הוא. LVD. CAPPELLVS Lib. 4. Critic. S. Cap. 4. p. 252. 254. putat, LXX. Int. qui comma hoc ita reddunt: πίονται πάντα τὰ ἔθνη οἶνον, pro תמיד legisse חמר; sed potius prorsus hanc vocem neglexisse videntur, in quo

Arabs

Arabs illos ſequutus eſt. Licet vero *Targum*, *Syrus* et *Vulgat.* lectionem תמיד exprimant; altera tamen lectió praeferenda videtur. Nec enim calamitates, quae hic per calicem ebibendum intelliguntur, indeſinenter obtigerunt omnibus populis; nec, quod iam plenarie exhauſtum eſt, iugiter bibi poteſt amplius.

v. 18. pro כי יהוה leg. כי פי יהוה.

9) וישב. *Amos II. 6. - - Cap. III. 10. et porro Cap. V. 4.*

Cap. III. 1. Pro בני leg. בית vt in Cod. 2. *Erfurt.* in textu ante correct. et in primo in margine, item in edit. *Prag.* 1518. Ita et LXX. et *Arabs.*

6. ואם תהיה cum praef. ו.

10) מקץ. 1 *Reg. III. 15. - - fin. et Cap. IV. 1.*

Cap. III. 15. Pro אדני leg. יהוה vt in altero Cod. noſtro, aliiſque exemplaribus cum MSS. tum impreſſis, et in his etiam *Bomberg.* 1525. et *Menaſſ. ben Iſr.* Rationes cur MICHAELIS in ſua editione אדני adhibuit, in Var. Lect. ad h. l. indicauit.

26. החי ſecunda vice omiſſ. ſed a punct. in marg. add.

27. pro לא leg. אל vt in altero Cod. noſtro, nec non in edit. *Prag.* 1518. Et quidem melius; quum אל potiſſimum prohibeat, לא vero tantummodo neget.

11) ויגש. *Ezech. XXXVII. 15-28. et Cap. XXXVIII. 23.*

Cap. XXXVII. 16. Keri חבריו in textu expreſſum prima vice, vbi reſpicit plurale ובני; ſecunda vice autem, vbi refertur ad ſingulare בית, Che-

tibh חברו ſeruatur, ſine nota marg. Ita in edit. *Prag.* 1518.

Cap. XXXVII. 19. חברו vt in impr. ſine not. marg.

12) ויחי יעקב. 1 *Reg. II.* 1-12.

Cap. II. 3. ומצותיו cum praef. ו, vt in Cod. *Helmſtad.* 3. *Erfurt.* et edit. *Gerſon.* nec non *Prag.* 1518. *Bomberg.* 1525. et *Menaſſ. b. Iſr.*

4. דברו אשר omiſſ. ſed in marg. add.

5. אשר עשה ſecunda vice vt in impr. ſed praef. ו a punct. add. non male, conſentiente *Syro* et *Arabe.*

13) ואלה שמות. *ſecundum ritum Germanorum, Ieſ. XXVII.* 6. -- *Cap. XXVIII.* 13. *et Cap. XXIX.* 22. 23.

Cap. XXVII. 13. ובירושלם cum praef. ו, etiam punctat. ſed iterum expuncto.

XXVIII. 1. על־ראש omiſſ. ſed manu ſeriori in marg. add.

2. pro לאדני leg. ליהוה vt in Cod. *Helmſtad.* et altero noſtro.

5. צבי omiſſ. ſed in marg. add.

7. שגו ſecunda etiam vice vt in impr. punctat. quidem; ſed manu ſeriori tranſſ. quae in marg. adpoſuit תעו, quod habet Cod. *Helmſt.*

14) וארא. *Ezech. XXIX.* 1-21.

Cap. XXIX. 7. בכפך *manu tua*, vt in impr. etiam punctat. cum nota marg. ק בכח *robore.* Keri conſuetum eſt בכף *manu.*

9. עשיתי *feci*, vt in impreſſ. ſed correct. in עשיתני *feci me*; vt v. 3.

14. מְכַרְתֶּם pluraliter.

19. pro והיתה leg. והיה, ſed ת manu recentiori ſuperſcr.

15)

15) בא. *Ier. XLVI.* 13-28.

Cap. XLVI. 18. בהרים omiſſum, et quidem ſat commode, licet in marg. a punctatore additum ſit. Nam mons Tabor ab aliis montibus non cingitur, ſed in planitie illa quam μέγα πεδίον vocat Ioſephus mira rotunditate ſe erigit. Vid. HADR. RELANDI *Palaeſtina Lib. I. Cap.* 51. *p.* 334. *Cap.* 55. *p.* 372. Reſpicere vero videtur Propheta non tam altitudinem montium commemoratorum, quam adſpectus magnificentiam, qua Tabor non minus quam Carmelus προσθαλλάσσιος ab alio monte huius nominis diſtinguendus, prae aliis excellebant.

20. יפהפיה coniunctim, ſed prius ה mut. in י, vt legendum ſit יפיפיה, prouti Cod. *Helmſt.* in textu legit.

Pro קרץ *excidium*, antea ſcriptum videtur קיץ *finis*, vel קוץ *ſpina*, media tamen littera in ר mutata eſt. *Vulgat.* habet *ſtimulator.* In poſtremo בא alia quondam adfuit littera iam eraſa et in א mutata, ſuperimpoſito circello: forſan ה, vt in Codice, cuius mentionem facit HOVBIGANTIVS, vid. Cel. IO. AVG. ERNESTI *Theol. Bibl. Tom.* 8. *p.* 15. Ita *Targum*, LXX. *Syrus* et *Vulg.*

22. pro לה leg. לך, vt in edit. *Prag.* 1518.

27. יעקב in textu, ſine not. marg.

28. ואתה cum praef. ו vt in altero Codice, conſentientibus omnibus verſionibus antiquis. Interim ו a punct. expunctum.

16) ויהי בשלח. *Iudic. IV.* 4-24. - - *V.* 1-31.

Cap. IV. 11. Pro בְּצַעֲנַּיִם leg. בְּצַעֲנִּים ſine Keri in marg. vt in Cod. *Helmſtad.* ante correct.

19. Keri צָמֵאתִי in textu ſine not. marg. Ita in edit. *Prag.* 1518.

V. 9. pro לְחוֹקְקֵי leg. לְחוֹקְקִי in ſingulari. *Syrus: ad interpretem. Arabs: expoſitorem Prophetiae.*

23. ארור a manu demum ſeriori additum videtur, vt ex figura literarum patet, et ſpatio quod alias hic vacuum eſſe deberet, ſed hac voce expletur.

17) וישמע יתרו. *Ieſ.VI.*1. - - *Cap. VII.*9. *et Cap.IX.*5.6.

Cap. VI. 1. et 8. Pro אדני leg. יהוה vt in altero Cod. noſtro et *Helmſtad.* ante correct.

10. pro ולבבו leg. ובלבבו. Ita LXX.

11. אדני praemittit יהוה, ſed non punctat. et linea ſuperne notatum.

VII. 4. pro והשקט leg. והשמר, ſed correctum a punct.

6. pro ביהודה leg. יהודה, ſed ב manu ſeriori ſuperſcr.

18) משפטים. *Ier. XXXIV.* 8-22. *Cap. XXXV.* 1-4. 17-19.

Cap. XXXIV. 11. שלחו vt in impr. ſed manu ſeriori in שִׁלְּחָם mutatum.

Keri ויכבשום in textu, ſine not. marg. vt in Cod. *Helmſtad.* et *Berolin.* ante correct.

XXXV. 17. pro עליהם leg. אלהם.

19. יהוה omiſſ. ſed in marg. add.

19) תרומה. 1 *Reg. V.* 26. - - *Cap. VI.* 13.

Cap. V. 27. אלף omiſſ. ſed in marg. add.

Cap.

Cap. V. 32. pro בני et ובני leg. בנה et ובנה.
VI. 1. שלמה omiſſum, ſed in marg. add.
2. ושרים רחבו vt in impr. ſed אמה inſertum a punctatore.
8. pro על leg. אל.
10. Keri הציע in textu, ſine not. marg. vt in Cod. *Helmſtad.* edit. *Bomberg.* 1525. et *Menaſſ. b. Iſr.*

20) תצוה. *Ezech. XLIII. 10-27.*

Cap. XLIII. 11. Pro ותכונתו leg. ותכונת, ſed ו in fine a Punct. add.
12. הבית omiſſ. ſed in marg. add.
15. Keri ומהאריאל in textu, ſine not. marg. vt in edit. *Prag.* 1518.
17. אל omiſſ. ſed in marg. add.
19. מזרע omiſſ. ſed a punct. in marg. add.
20. pro על leg. אל vt in altero Cod.
סביב omiſſ. ſed ab ipſo Scriba in marg. add.
22. pro וחטאו *et expiabunt*, leg. וחטאו *et expiabis eum*, quod *Targum* ita exprimit: *et mundabis altare.*
25. Ad בן־בקר in marg. a punctat. add. תמים.

21) כי תשא. *Secundum ritum Germanorum, I Reg. XVIII. 1-39.*

Cap. XVIII. 12. ולא ימצאך omiſſa.
14. והרגני et verba initialia v. 15. ויאמר אליהו ex oſcitantia viſibili omiſſa, ſed in marg. add.
20. בכל־בני vt in impr. etiam punctis inſtructa; ſed בני tranſfix. et manu ſeriori in marg. add. גבול, quod habet edit. *Prag.* 1518. Ita et in altero Cod.

Cap. XVIII. 26. ואין קול omiss. sed in marg. add.
31. לאמר similiter.
36. pro בעלות leg. בְּעלת, cum nota marginali punctatoris כעלות כ׳.
Chetibh, ובדבריך quod etiam commode seruari potest, in textu exprimitur, sine not. marg.
37. העם omiss. sed in marg. add.

22) ויקהל. *Secundum ritum Germanorum,* 1 *Reg. VII.* 40-51.

Cap. VII. 45. האהל vt in impr. cum not. marg. punctatoris האלה כ׳. Ita et in altero Cod. *Targum* vtramque lectionem coniungit.
50. pro זהב primo leg. סביב.

23) אלה פקודי. 1 *Reg. VII.* 51. - - *Cap. VIII.* 23.
Hanc tamen Haphtaram hic exhibere noluit Scriba, quum infra iterum occurrat; quod sequentibus indicauit verbis: *Quando occurrit annus intercalatus, legunt Haphtaram* ותשלם כל המלאכה, *et haec scripta est infra die secunda festi tabernaculorum.*

24) ויקרא. *Ies. XLIII.* 21. - - *Cap. XLIV.* 23.

Cap. XLIII. 23. Tertium לא omiss. sed in marg. add.
XLIV. 6. pro ומבלעדי leg. ומבלעדיך, sed ך manu recentiori expunctum.
14. pro לִכְרָת leg. לִכְּרֹת, prouti correctum est in Cod. *Helmstad.*
17. pro יִסְגָּוֹר leg. יִסְגּוֹדְ, sed ו iugulatum, sine nota marg.

25) צו. *Ier. VII.* 21. - - *Cap. VIII.* 8. *porro v.* 12. *tandem Cap. IX.* 22. 23.

Cap. VII. 22. Chetibh הוציא seruatum in textu, licet puncta-

punctator י in fine adſcripſerit, ſine nota marginali.

Cap. VII. 33. pro ואין leg. ולאין, ſed ל expunctum.

34. שמחה ſine praeuio וקול, quod tamen in margine adiectum eſt.

VIII. 1. pro ההיא leg. ההוא.

Keri יוציאו in textu, ſine not. marg.

2. pro ושטחום *et expandent ea*, leg. ושחטום *et mactabunt ea.* Punctator tamen literas tranſpoſitas ſuperſcriptis א et ב in ordinem redegit: prorſus eadem ratione vt in pericopa Ieremiae in fine Codicis addita. Patet hinc veri nominis hic eſſe variantem lectionem, non meram librarii hallucinationem.

4. יקומו ſine praeuio ולא, in marg. tamen add.

6. Keri במרוצתם in textu, ſine not. marg.

7. Chetibh וסוס hic ſeruatum, ſine nota marg.

IX. 22. pro אל־יתהלל עשיר leg. ואל עשיר, ſed omiſſum יתהלל in marg. add. Caeterum ואל cum praef. ו ſcribitur etiam in pericopa in fine MSti adiecta, et in altero Codice, nec non edit. *Prag.*

23. pro וְיָדֹעַ leg. וְיָדוֹעַ.

26) שמיני. 2 *Sam. VI.* 1-19.

Cap. VI. 3. Poſt בגבעה in marg. a punctat. add. האלהים. Non male. Nam גבעה hic non eſt nomen proprium peculiaris ciuitatis; ſed ſignificat collem quendam in vrbe Kiriath Iearim. Vid. *gute Sache der Göttl. Offenb. Part.* 8. *p.* 703.

10. על correctum in אל. Ita omnes verſiones antiquae.

27) תזריע. 2 *Reg.* IV. 42. - - *Cap.* V. 19.

Cap. V. 6. עתה sine praef. ו, melius. Ita et in altero Cod. Pro אליך leg. לך, sed correct. manu seriori.
9. Chetibh בסוסו seruatur, sine not. marg. Edit. *Prag.* 1518. habet בְּסוּסוֹ, LXX. ἐν ἵππῳ.
14. pro כִּדְבַר leg. כִּדְבַר.
18. pro בְּהִשְׁתַּחֲוָיָתִי infinit. Hithpael forma Syrorum, leg. בְּהִשְׁתַּחֲוָיָתִי.

28) מצורע. 2 *Reg.* VII. 3-16.

Cap. VII. 6. Pro את־מחנה leg. אל־ממנה, vt in edit. *Prag.* 1518.
7. pro הִיא leg. הוּא, vt in altero Cod.

29) אחרי מות. *Ezech.* XXII. 1-16.

Cap. XXII. 4. Pro ותבוא leg. ותבאי, melius, superimposito quidem circello, sed sine nota marg.
6. והנה cum praef. ו.
9. למען שפך דם ואל־ההרים אכלו בך omissa, sed in marg. a punct. add.

30) קדושים. *Secundum ritum Germanorum, Amos.* IX. 7-15.

Cap. IX. 7. Pro בני leg. בית. Ita *Targum.*
11. pro דויד leg. דוד, vt in altero Cod.

31) אמור. *Ezech.* XLIV. 15-31.

Cap. XLIV. 18. ולא cum praf. ו, vt in Cod. *Helmstad.* et altero nostro, nec non edit. *Prag.* 1518. Consentiunt *Targum*, LXX. *Arabs* et *Vulgat.*
24. לשפט vt in impr. cum not. marg. ab ipso Scriba add. למשפט ק. Cap.

Cap. XLIV. 24. Keri ישפטהו in textu, fine not. marg.
29. חמה omiff. fed a punct. in marg. add.
Pro וכל leg. כל vt in Cod. *Helmft.* et edit. *Prag.*

32) כהר. *Ierem. XXXII.* 6-22.

Cap. XXXII. 11. ואת־המצוה. Ita praeuio ואת, more Orientalium.
12. הספר vt in impr. fed ה, quod alter Codex omittit, non punct. et iugulatum.
Pro הכ׳תבים leg. הכתובים vt in altero Cod. et edit. *Gerfoniana*, confentientibus quoque omnibus verfionibus antiquis. Interim correctum in הַכְּתֻבִים, cum nota marg. כן הוא.
17. כל omiffum, vt in edit. *Prag.* 1518.
20. הזה omiff. fed a punct. in marg. add.

33) בחקותי. *Ierem. XVI.* 19-21. - - *Cap. XVII.* 1-20. 25.

Cap. XVII. 1. Pro מזבחותיכם leg. מזבחותיהם, melius. Ita et in altero Cod. Confentiunt *Targ. Syr. Ar.* et *Vulg.* In LXX. hic verfus non exftat; in Hexaplis Origenis vero οἱ λοιποὶ habent τῶν θυσιαστηρίων αὐτῶν.
2. ועל־גבעות cum praef. ו, vt in Cod. *Helmft.* et altero noftro. Ita *Targum*, *Syr.* et *Ar.*
3. כל vt in impr. fed praef. ו fuperfcr. quod habent *Targ. Syr.* et *Vulg.* item edit. *Prag.* 1518.
8. Chetibh יראה in textu feruatum: quae lectio etiam praeferenda videtur, licet ipfe Scriba in marg. notam adpofuerit ה׳ קׄ ולא כתי׳. Confentiunt LXX. *Syr. Ar. Vulg.* et *Lutherus.*

Cap.

Cap. XVII. 10. Keri כדרכיו in textu, sine not. marg. vt in altero Cod. Ita pluraliter LXX. *Syr.* et *Arabs.*
11. ימיו similiter.
13. Keri וסוריו in textu, sed manu seriori mutat. in יסורי, cum nota marg. וֹ קר.
17. pro מחסי leg. מחסה.

34) במדבר. *Hos. II.* 1-22.

Cap. II. 14. אשר אמרה אתנה המה לי omissa.
15. pro את־ימי leg. את מי, sed י manu seriori superscr.

35) נשא. *Iudic. XIII.* 2-25.

Cap. XIII. 17. דבריך vt in impr. sine not. marg. superscripto tamen circello. Orientales habent singularem, Occidentales pluralem, consentiente *Targum* et *Arabe.*

36) בהעלותך. *Zach. II.* 14. - - *Cap. IV.* 7.

Cap. III. 2. יגער alterum sine praef. ו, sed a punct. adscripto.
4. עליך sine praef. מ, superscripto tamen a punctat.
5. והטהור cum praef. ו, sed expuncto.
9. pro ההיא leg. ההוא, vt in Cod. *Helmstad.*
IV. 2. Keri ואמר in textu, addita tamen a punctat. nota marg. ויאמר כת ואמר ק.

37) שלח. *Ios. II.* 1-24.

Cap. II. 13. Pro אַחְוֹתַי leg. אַחְיֹתַי sine nota marg.
18. ואת־אביך vt in impr. sed praef. ו erasum.

38) קרח. 1 *Sam. XI.* 14. - - *Cap. XII.* 22.

Cap. XII. 4. pro לָקַחְתָּ *accepisti*, leg. לָקַחַת *accipere*, vel ad

ad accipiendum ſcil. pronus fuiſti, magis emphatice.

Cap. XII. 5. ויאמר vt in impr. *et dixit* ſcil. populus, ſine nota marginali ויאמרו סביר. Ita et in altero Cod.

10. ויאמר vt in impr. cum not. marg. רו׳ ק׳. Sed in textu etiam ſpatium pro ו relictum. In altero Cod. in textu legitur ויאמרו.

13. ואשר שאלתם cum praef. ו, vt in altero Cod. noſtro, et *Helmſtad.* poſt correctionem, nec non in edit. *Gerſon. Syr. Ar.* et *Vulg.* הוה ſine praef. ו.

21. pro לא leg. לו, ſed א ſuperſcr.

39) חקת התחורה. *Iud. XI.* 1-33.

Cap. XI. 7. Pro כאשר leg. כא, ſed correct. in marg.

21. pro ההיא leg. ההוא. Ita et in altero Cod.

26. pro ההיא leg. ההוא.

40) בלק. *Mich. V.* 6. - - *Cap. VI.* 8.

Cap. V. 6. וכרביבים cum praef. ו. Conſentiunt *Targum*, LXX. *Aquila*, *Syrus*, *Arabs*, *Vulgat. Lutherus* et edit. *Gerſon.*

VI. 5. ועד cum praef. ו, vt in Cod. *Helmſtad.*

41) פנחס. *Ierem. I.* 1. - - *Cap. II.* 3.

Cap. I. 5. אצורך vt in impr. ſed correct. in אצרך, ſine nota marg.

II. 3. pro תבואתֹה primitiae *prouentuum ipſius* ſcil. Dei, leg. תבואתָה primitiae *prouentuum eius* ſcil. Iſraelis.

42) מטות. 1 Reg. XVIII. 46. - - Cap. XIX. 21.

Cap. XIX. 2. Poſt יעשון add. לי, vt in altero Cod. LXX. Syr. Arab. et Vulgat. Caeterum et יעשון mutatum in יעשה a punctatore, et in ſequenti יוסיפון vltimae literae ן virgula tranſfixae: adeo, vt vtrumque verbum in ſingulari exhibeat, quem etiam ſeruat recenſio LXX. Int. *Vaticana*, quum *Alexandrina* plural. exprimat.

10. pro בריתך leg. ברית, ſed ך ſuperſcr.

13. ויאמר לו. Ita addito לו, quod etiam habet *Syrus* et alter Codex noſter.

43) מסעי. *Secundum ritum Germanorum, Ierem. II. 4-28. - - Cap. III. 4.*

Cap. II. 7. Pro ונחלתי leg. ונחלת, ſed י ſuperſcr.

14. ואם cum praef. ו.

15. Chetibh נצתה *deſolatae ſunt*, quod praeter *Vulgatam* omnes Verſiones antiquae exprimunt, in textu ſeruatum; licet ipſe Scriba notam marginalem addiderit נצתו ק׳ *ſuccenſae ſunt*: quam ſuperfluam eſſe, quum Hebraei quoque pariter ac Arabes nomen maſc. plurale cum verbo foem. ſingulari conſtruere ſoleant, obſeruat ALB. SCHVLTENS *in Animadu. Phil.* ad h. l.

20. pro אעבוד non *ſeruiam*, leg. vt in altero Cod. אעבר non *tranſibo* ſcil. ad partes tuas; vel, quaſi vitae emendationem promitterent, non *tranſgrediar* leges tuas, qua ratione id exprimit *Targum*: לא נוסף עוד למעבר על מימרך.

23. ואחרי cum praef. ו, vt in Cod. *Helmſtad.*

25. Keri וגרנך defectiue in textu exprimitur, vt in

in edit. *Menasse b. Israel*, addita tamen in margine a punctatore nota וגורנך כה.

Cap. II. 26. ושרוהם cum praef. ו, quod in altero Cod. a punctat. adiectum est.

וכהניהם vt in impr. sed eraso praef. ו, vt in Cod. *Helmstad.* In altero Cod. nostro deest, licet a punctat. adpositum sit.

III. 4. קראתי vt in impr. sine nota marg. licet י superscriptum habeat circellum.

44) הדברים. *Ies. I.* 1-27.

Cap. I. 15. בפרשכם sine praef. ו, quod deest in LXX. *Syro* et *Arab.* hic vero a punct. superscr. est.

16. הזכו omiss. sed in marg. add.

24. pro מצרי leg. מצריו, sed ו transfixum. *Targum* consentire videtur: *vt faciam vltionem iudicii de hostibus populi mei.* LXX. in genere: ἐν τοῖς ὑπεναντίοις, quam etiam lectionem sequitur *Arabs.*

Pro מאויבי leg. מאובי, sed י superscr.

26. ואחריכן coniunctim, cum praef. ו. Ita *Targum* LXX. *Syr.* et *Ar.*

45) ואתחנן. *Ies. XL.* 1-26.

Cap. XL. 19. Pro כסף leg. כשף per Sin.

23. ושפטי cum praef. ו. Ita *Syr.* et *Ar.*

24. ושערה per Sin, sed corr. in וסערה.

46) עקב. *Ies. XLIX.* 14. - - *Cap. LI.* 4.

Cap. XLIX. 21. Pro אלה vltimo leg. ואלה, vt in altero Cod. LXX. *Ar.* et *Vulgat.*

Cap.

Cap. XLIX. 25. pro יְקַח leg. יִקַּח. Consentit LXX. ἐάν τις αἰχμαλωτεύσῃ γίγαντα. Ita et *Arabs*.

L. 11. pro מידי in textu leg. מי sed transf. in marg. vero מידי.

47) ראה. *Ies. LIV.* 11. - - *Cap. LV.* 5. Hanc scriptam iam esse supra ad Paraſcham תולדות נח, Scriba hic annotat.

48) שופטים. *Ies. LI.* 12. - - *Cap. LII.* 12.

Cap. LI. 16. Pro וליסר leg. וליוסר, sed ו transf.

17. ואת־קבעת cum praef. ו.

LII. 2. התפתחי. Ita in ipso textu correctum, eraso priori vocabulo, sine nota marg.

5. Keri משליו in textu, vt in Cod. *Dauentriensi* ante correct. et edit. *Menass. b. Isr.* Consentiunt *Syrus* et *Vulgata*.

49) כי תצא. *Ies. LIV.* 1. - - *Cap. LV.* 5. Omissa haec est a librario, quia iam adfuit N. 2).

50) כי בוא. *Ies. LX.* 1-22.

Cap. LX. 6. ותהלת singulariter, consentientibus omnibus versionibus antiquis.

13. pro ברוש *abies*, leg. בראש *in capite*, vt in edit. *Prag.* 1518.

מקום omiss. sed in marg. add.

16. pro תִינְקִי leg. תִּנָקִי. Edit. *Prag.* 1518. habet תִינָקִי.

21. מטעו vt in impr. cum nota marg. ab ipso Scriba add. מטעי ק. LXX. et *Arabs* suffixum plane negligunt.

51) אתם נצבים. *Ies. LXI.* 10. - - *Cap. LXIII.* 9.

Cap. LXI. 10. ותגל cum praef. ו, quod exprimunt *Syrus* et *Vulg.* sed corr. in lection. consuetam.

Cap.

Cap. LXII. 3. Keri וצניף in textu, vt in edit. *Prag.* 1518. sine not. marg.

7. ואל vt in impr. sed ו transfix. quod etiam omittit edit. *Prag.* item *Symmachus.*

ועד similiter.

10. pro העם leg. יהוה vt Ies. XL. 3. Matth. III. 3. etc.

LXIII. 4. שנת sine praef. ו. Ita Cod. *Berol.* ante correct. edit. *Gerson. Vulgata* et *Lutherus.*

5. pro וחמתי *et ira mea*, leg. וצדקתי *et iustitia mea*: melius, collat. v. 1. et Ies. LIX. 16. Dissentiunt quidem versiones antiquae; lectionem tamen וצדקתי habent alter Codex noster, item *Berol.* et edit. *Gersoniana.* In margine edit. *Bomberg.* 1525. qua olim vsus est Ioh. Poliander, hic annotauit: *Santes* (Pagninus) *legit et iustitia mea*, *sc. vt intelligas iustitiam vindicatiuam.*

9. Keri לו in textu sine not. marg. vt in edit. *Gerson.* et vers. *Lutheri:* quae etiam lectio commodior videtur, coll. Iud. X. 16. Zach. II. 12. Act. IX. 4. Editio *Prag.* 1518. habet לוא.

52) וילך. *Secundum consuetudinem Germanorum, Ies. LV. 6. - Cap. LVI. 8.*

Cap. LV. 13. Keri ותחת in textu, sine not. marg. Ita Cod. *Berol.* ante correct. edit. *Gerson.* item *Pragensis*, et omnes versiones antiquae.

LVI. 6. לאהבה sine praef. ו, sed a punctat. add. Pro מחלליו leg. מחללו.

53) האזינו. *Secundum consuetudinem Germanorum, Hos. XIV. 2-10. Ioel I. 1-14. Cap. II. 1-27.*

Hos. XIV. 2. בעוניך pluraliter, vt in edit. *Bomb.* 1525. Ita LXX. et *Ar.*

Hoſ. XIV. 3. ואמרו cum praef. ו, vt in altero Cod. noſtro, *Dauentr.* ante correct. edit. *Gerſon.* Verſ. *Vulgat. Syr.* et *Lutheri.*

Ioel I. 20. מדבר ſine ה demonſtr.

II. 2. יוסיף in Hiphil, vt in altero Cod.

5. pro כעם leg. כעס.

8. ואיש אחיו vt in impr. in marg. vero את inſertum. ולא יבצעו cum praef. ו, vt in Cod. *Dauentr.* et altero noſtro, edit. *Gerſon.* Verſ. LXX. *Syr. Ar. Vulg.* et *Lutheri.*

11. מחניהו plene.

19. pro חרפה בגוים leg. חרפת רעב בגוים. Ita *Chaldaeus.*

20. וספו omiſſ. ſed in marg. add. Pro ועלה leg. ועל, ſed ה a punct. add.

23. pro מורה leg. יורה *pluuia prima*, vt in altero Cod. ſed י tranſſ. et manu ſeriori מ ſuperſcr. addita nota marg. כן הוא בספ׳ מדע׳ ad MAIMONIDEM vt videtur prouocante.

54) *Sabbathum et initium menſis, Ieſ. LXVI. 1-24.*

Cap. LXVI. 8. ומי ראה cum praef. ו, vt in Cod. *Helmſt.* ante correct. LXX. *Syr. Ar. Vulg.* edit. *Gerſon.* et *Prag.* 1518.

23. pro ומדי leg. מדי, ſed ו ſuperſcr.

55) מחר חדש. 1 *Sam. XX.* 18-42.

Cap. XX. 21. Pro imperatiuo מְצָא leg. infinitiuus מְצֹא melius.

22. כי omiſſ. ſed a punctat. ſuperſcr.

24. Keri אל in textu, ſed a punctat. correctum in על, addito in margine Keri.

Cap.

Cap. XX. 38. ואל cum praef. ו.
Keri החצים in textu, licet ם expunctum ſit a punctatore notaque marginalis addita: החצי כת׳ החצים ק׳. Ita et in Cod. *Helmſtad.* Pluralem habent omnes verſiones antiquae, et edit. *Gerſon.* nec non *Prag.* 1518.

56) שקלים. 2 *Reg. XII.* 1-17.

Cap. XII. 12. Keri ידי in textu, ſine not. marg. vt in edit. *Prag.* 1518.
המפקדים ſimiliter.
Poſt v. 12. per errorem ſcriptus v. 15. qui etiam punctis inſtructus, manu tamen ſeriori tranſfixus eſt.

57) זכור. *Secundum ritum Germanorum,* 1 *Sam. XV.* 2-33.

Cap. XV. 3. Pro והכיתה leg. והכית.
Pro ער leg. ועד, vt in altero Cod. ante correct.
4. Pro את־איש יהודה leg. איש יהודה. Omiſſum quidem את in margine addidit punctator, ſed poſt איש.
16. Keri ויאמר, quod etiam ſeruant omnes Verſiones antiquae, in textu, ſine not. marg. vt in edit. *Prag.*
24. דברך ſingulariter. Ita LXX. et *Arabs.*
30. שוב ſine praef. ו.

58) פרה. *Ezech. XXXVI.* 16-38.

Cap. XXXVI. 35. והנשמות vt in impr. ſed praef. ו eraſum. In altero Cod. deeſt.
37. ארבה omiſſ. ſed a punctat. in marg. add.

59) *Menſis. Ezech. XLV.* 18. - - *Cap. XLVI.* 15.

Cap. XLVI. 3. Pro הרוא leg. הִוא, vt in edit. *Prag.*

6. pro plur. תמימים magis commode leg. ſingularis תמים, quum non niſi de vno boue ſermo ſit. Ita alter Codex, *Targum*, LXX. et *Vulg.*

9. Keri יצא in textu, ſinè not. marg. vt in Cod. *Helmſtad.* et *Berol.* ante correctionem, item edit. *Prag.*

10. pro יֵצֵאוּ leg. יֵצֵא, cum not. marg. או ק׳. Lectio autem textualis praeferenda, quum de principe ſermo ſit. Singularem etiam exhibent omnes verſiones antiquae.

12. השער omiſſ. ſed in marg. add.

14. חקת ſingulariter, conſentientibus verſ. antiqu.

15. Chetibh ועשר in textu ſeruatum, vt in edit. *Menaſſ. b. Iſr.* quod etiam exprimunt LXX. *Targ. Arabs* et *Vulg.* Punctator tamen notam adiecit ק׳ יעשר. Edit. *Prag.* habet ויעשר, adeoque vtramque lectionem coniungit.

60) *Sabbathum magnum, Mal. III.* 4-24.

Cap. III. 6. יהוה omiſſ. ſed a punct. in marg. add.

8. אתי ſimiliter.

14. מה ſine praef. ו.

16. בספר *in libro*, cum praef. ב, quod etiam exprimit *Syrus*, hic vero alio atramento punctatum et denuo tranſfixum cernitur.

לפניו omiſſ. ſed in marg. add.

19. pro עשה leg. עושי, vt in altero Cod. Pluralem etiam habent omnes verſiones antiquae.

21. ועשותם per Sin loco Samech, vt in altero Cod. Pro ביום leg. ליום.

61)

61) *Dies prima quae est in Paschate, Ios. III. 5. 6. 7. Cap. V. 2-15. et Cap. VI. 1.*

Cap. III. 7. היום הזה omiss. sed a punct. in marg. add.
Pro בעיני leg. לעיני.

V. 6. להם vt in impr. etiam punctat. sed manu recentiori transf. in marg. vero לנו.
Pro לנו leg. להם magis commode. Ita et in Cod. *Helmstad.*

10. בארבעה praemittit בראשון. Ita Cod. *Helmstad.* ante correct. et *Syrus.*

13. אליו omissum, vt in LXX. sed manu recentiori Rabbinica in marg. add.

14. pro ויאמר | לא *et dixit: non*, leg. ויאמר לו *et dixit ei*, vt habent LXX. et *Syrus*, nec non edit. *Prag.* 1518. Quae etiam lectio praeferenda videtur; alias enim responsio quaestioni disiunctiuae minus accommodata fuisset.

15. נעליך pluraliter, consentiente *Chaldaeo*, *Syro* et *Arabe.* Interim י expunctum.
עליו omiss. sed in marg. add.

62) *Dies secunda quae est in Paschate, 2 Reg. XXIII. 1-9. 21-25.*

Cap. XXIII. 2. Pro primo וכל leg. כל sine praef. ו.
בית sine praef. ב, vt in edit. *Prag.* 1518.

3. pro אחר leg. אחרי, vt in altero Cod. ante correct.
ולשמר, vt in impr. sed mutat. in לשמר, vt in altero Cod. ante correct.

4. Keri העשוים in textu, sine not. marg. vt in altero Cod. et edit. *Menass. b. Isr.*

Cap. XXIII. 8. כל vt in impr. ſed non punctat. et tranſſ. ועד cum praef. ו, vt in altero Cod. et edit. *Prag.*

63) *Sabbathum* חול מועד, *ritu quorundam Germanorum, Ezech. XXXVII.* 1 - 14.

Cap. XXXVII. 3. בן אדם vt in impr. ſed non punctat. et tranſſix.

10. pro ויחיו leg. ויחי, ſed ו in fine a punctat. adpoſitum.

64) *Dies ſeptima quae eſt in Paſchate, 2 Sam. XXII.* 1 - 51.

Cap. XXII. 8. Keri ויתגעש in textu, ſine nota marg. vt in edit. *Prag.*

15. ויהם ſimiliter.

16. בגערת vt in impr. ſed ב mut. in מ, vt legitur Pſalm. XVIII. 16. Conſentiunt LXX. *Syrus*, *Arabs* et *Vulgat.*

18. ומשנאי cum praef. ו, vt in *Vulg. Ar.* et Pſalmo XVIII. 18. nec non edit. *Prag.*

19. יקדמוני per Schurek, vt Pſalm. XVIII. 19. Pro משען leg. למשען, vt in Pſalmo, novem Codicibus KENNICOTTI et altero noſtro, nec non edit. *Prag.* Sed ל a punctat. tranſſ.

30. ובאלהי cum praef. ו, vt in edit. *Prag.* Ita LXX. *Targum* et *Syrus.*

33. Keri דרכי in textu, ſine not. marg. vt in edit. *Prag.*

34. רגלי ſimiliter. Ita Pſalm. XVIII. 34. ſeptendecim Codices *Kennicotti* et alter noſter ante correctionem; nec non edit. *Prag.*

45. pro לִשְׁמוֹעַ leg. לְשֵׁמַע, vt Pſalm. XVIII. 45.

Cap.

Cap. XXII. 46. pro יבלו *marcescent*, leg. יְחַבְּלוּ *parturient:* sed ח expunctum.

51. pro מגדיל *magnificans*, quod seruant omnes Versiones antiquae, Keri מגדול *turris* in textu legitur, vt in altero Cod. nostro, et 1. *Dessauiensi* ante correct. nec non edit. *Prag.* Ita in *Midrasch Thillim*, fol. 18. a. ad quaestionem: *Ecquid haec turris?* respondetur: *Rex Messias suis turris est: vt dictum h. l. et Prou. XVIII.* 10.

65) *Dies quinta quae est in Paschate, Ies. X. 32. vsque ad Cap. XII. 6.*

Cap. X. 32. Keri בת in textu, sine not. marg. vt in Cod. *Berol.* et altero nostro, edit. *Gerson.* et *Prag.* 1518. LXX. *Syr. Ar.* et *Vulgat.*

33. pro פארה *ramum*, leg. פורה *torcular*, vt in Cod. *Helmstad.* et altero nostro ante correct. Sic etiam *Symmachus* et *Theodotio* ληνόν. Dum *Targum* h. l. ita circumscribit: *Dominus exercituum proiiciet interfectos in castris eius; sicut cum vuae calcantur in torculari;* Lvd. Cappellvs Lib. 5. Crit. S. Cap. 2. p. 332. putat, eius auctorem pro במערצה legisse במעצרה. Verum enim vero facilior est huius interpretationis ratio, si in suo Codice pro פארה legit פורה, vt in nostro Cod. vbi tamen א superscriptum est.

XI. 3. pro ולא primo leg. לא, vt in Cod. *Helmst.* et altero nostro ante corr. Ita et *Targ.* LXX. *Symmachus*, *Arabs* et *Vulg.*

4. והכה ארץ omiss. sed a punct. in marg. add.

6. וכפיר similiter.

Cap. XI. 8. פתן praemittit רעל, sed non punct. et transf.
11. pro אדני leg. יהוה, vt in Cod. *Helmstad.*
XII. 5. עשה omiss. sed in marg. add.
Keri מורעת in textu, sine not. marg. vt in Cod. *Berol.* ante correct.

66) *Dies prima quae est Septimanarum, Ezech. I. 1-28.*

Cap. I. 2. השנה omiss. sed in marg. add.
8. Keri וידי in textu, sed י mutat. in ו, vt in Cod. *Berol. Dauentr.* et altero nostro. Keri seruant etiam edit. *Gerson.* item *Prag.* 1518. et omnes Versiones antiquae excepto forsan *Chaldaeo.*
Pro לארבעתם leg. לארבעתן.
9. pro אל secundo leg. על, sed ע mut. in א.
10. פני אריה sine praef. ו, vt in Cod. *Helmstad.* ante correct.
Pro לארבעתן prima vice leg. לארבעתם, vt in edit. *Prag.* et *Menass. b. Isr.* secunda vice לארבען, superscripto hic ת a punctat.
12. pro בלכתן leg. בלכתם.
13. pro מראיהם leg. מראיהן, vt in edit. *Prag.*
16. ומראה cum praef. ו, vt in Cod. *Helmstad.* LXX. et *Vulgat.*
כעין תרשיש ודמות אחד לארבעתן ומראיהם ומעשיהם omissa, sed a punctat. in marg. add.
20. ילכו שמה הרוח ללכת similiter.
23. ולאיש שתים מכסות להנה pari ratione.
24. pro קול leg. כָּל, sed transfixum, et קול a punct. superscr.
28. ביום omiss. sed in marg. add.
Pro הוא leg. הִוא.
ואראה desideratur.

67)

67) *Dies ſecunda quae eſt Septimanarum*, *Habac. III.* 1-19.

Cap. III. 2. Pro תודיע leg. תודיעו *notum facias illud*, ſcil. opus tuum: collat praeced. Interim ו expunctum.
3. מלאה omiſſ. ſed a punctat. in marg. add.
5. רגליו ſine praef. ל, ſed a punctat. ſuperſcripto.
8. עברתיך pluraliter.
13. עמך־לישע omiſſ. ſed in marg. add.
14. pro במטיו leg. במטו.
Keri פרזיו in textu, ſine not. marg. vt in edit. *Prag.*
19. pro ידרכני *calcare faciet me*, leg. יעמידני *conſtituet me.*

68) *Dies prima quae eſt initii anni*, 1 *Sam. I.* 1-28. *et Cap. II.* 1-10.

Cap. I. 3. בשילה plene, vt in edit. *Prag.* 1518. Item v. 9, et v. 24, שילה, vbi edit. *Prag.* legit שלה.
5. אחת omiſſ. vt in verſ. *Ar.* ſed a punct. in marg. add.
7. בית ſine praef. ב, melius.
19. ויבאו omiſſ. ſed manu recentiori Rabbinica in marg. add.
22. שם omiſſ. a punctat. vero in marg. add.
II. 3. תדברו omiſſ. ſed in marg. add.
Keri ולו *ipſi* librata ſunt opera, in textu, vt in Cod. *Helmſtad.* et 3. *Kennicottianis*, nec non edit. *Prag.* Keri etiam exprimunt *Targ.* LXX. et *Vulg.* Ctetibh vero ſeruant *Syrus*, *Arabs* et *Symmachus.*
9. Keri חסדיו in textu, ſine not. marg.
10. מריביו et עליו ſimiliter.

69) *Dies secunda quae est in principio noui anni, Ier. XXXI. 2-20.*

Cap. XXXI. 3. ואהבת עולם omiss. a punctat. vero in marg. add. sed sine praef. ו, quod etiam deest in Cod. *Helmstad.* et altero nostro ante correct. Item in Vers. LXX. *Syr.* et *Ar.*

4. pro ונבנית *et aedificata eris*, leg. ונבנך *et aedificabimus te.* Sed corr. in lect. consuetam.

10. דבר omiss. sed a punctat. in marg. add. כל־גוים. Ita praeuio כל etiam punctato, sed transfixo.

והגידו sine praef. ו, manu tamen seriori add.

70) *Ieiunium expiationis ad matutinam, Ies. LVII. 14-21. et Cap. LVIII. 1-44.*

Cap. LVII. 15. Pro רם leg. יהוה רם, vt in edit. *Prag.* 1518. sed יהוה non punct. et vncinulis inclusum. LXX. secundum recensionem *Alexandrinam* κύριος ὁ ὕψιστος. Consentit *Arabs.* את־דכא sine praef. ו. *Targum* consentire videtur: *dixit se liberaturum contritos corde.*

20. Pro אלהי *Deus meus*, leg. יהוה, sed non punct. et linea desuper notat. *Targ.* אלה. LXX. secundum recens. *Vatic.* ὁ θεὸς, sed sec. *Alexand.* κύριος ὁ θεὸς. Ita et *Ar.* et *Vulg.*

LVIII. 4. ולא cum praef. ו, quod in altero Cod. a punctat. additum est.

7. pro פרס *frangere*, leg. פרש *diuidere.* Ita et in Cod. *Helmstad.*

10. pro וזרח *et orietur*, leg. וזרע *et seminabit*, sed ע mutat. in ח.

Cap.

Cap. LVIII. 11. pro והיית *et eris*, leg. וְהָיִתָה *et fuisti*; sed eraso ה mutat. in וְהָיִתָ.

13. רגלך vt in impr. singulariter, sine nota marg. quam hic quidam habent.

חפצך prius singulariter, vt in edit. *Michaelis, Prag.* 1518. et *Bomberg.* 1525. sed superscripto י plurali, quod habent Cod. *Helmstad.* alter noster, et quidam impressi, consentiente *Targum* et LXX.

14. pro בָּמֳותֵי leg. בָּמ֯תֵי sine not. marg. vt in altero Cod. Vid. Ioh. Simonis *Analysis Lect. Mas. Kethib. et Krijan, p.* 14.

71) *Ieiunium expiationis ad sacrificium vespertinum. Propheta Iona totus.*

Cap. I. 2. Pro לפני leg. לפניו, sed ו erasum.

14. נקי in textu, sine Keri in marg. Ita et in altero Cod.

II. 7. משחת omiss. sed in marg. add.

Pro חיי ascendere fecit *vitam meam*, leg. מחיי ascendit *viuificans me*. Sed מ expunctum.

III. 2. לך omiss. sed in marg. add.

8. pro בכפיהם leg. בכנפיהם, sed נ transf.

IV. 7. תולעת omiss. sed in marg. add.

10. חסתה cum ה paragog. vt in Cod. *Helmstad.* et altero nostro, item edit. *Prag.*

72) *Dies prima quae est Tabernaculorum, Zach. XIV.* 1-21.

Cap. XIV. 2. Pro אל leg. על, quod habent LXX. et *Syr.* sed ע mut. in א.

3. הלחמו ביום omiss. sed manu recentiori Rabbinica in marg. add.

Cap.

Cap. XIV. 5. pro אלהי leg. אלהיו.
וכל cum praef. ו, vt in altero Cod. et omnibus versionibus antiquis.
עמך *tecum* vt in impr. sed a punctat. mutat. in עמו *cum eo*: quam lectionem commodiorem alter Codex noster in textu habet, consentientibus omnibus versionibus antiquis.
8. Keri וקפאון in textu, sine not. marg. Ita in Cod. *Berol.* et altero nostro ante correct. item in edit. *Gerson.* nec non *Prag.* 1518. et omnibus versionibus antiquis.
10. pro ומגדל leg. וממגדל, vt in Cod. *Helmst.* ante correct.
11. pro עיר leg. אור. Variantem hic esse lectionem, indicauit manus recentior Rabbinica, quae in margine scripsit עיר סא, alios nempe libros ita legere.
12. pro העמים leg. הגוים. Iterum hic Criticus in margine annotauit העמים סא.
13. pro יד leg. ביד, vt in edit. *Prag.*
18. את־כל־הגוים inserto כל, vt in Cod. *Helmstad.* altero nostro, edit. *Gerson.* Vers. LXX. *Arab. Vulgat.* et *Lutheri.* Edit. *Prag.* 1518. habet את־כל־העמים.
19. וזאת cum praef. ו, vt in Cod. *Helmstad.* ante correct. et *Syro.*
20. pro על־מצלות leg. כל־מצלות.

73) *Dies secunda Tabernaculorum*, 1 *Reg. VII. 51. - - Cap. VIII. 23.*

Cap. VIII. 1. את־כל־זקני interposito כל, vt in altero Cod.

Cod. et edit. *Prag.* 1518. Ita LXX. et *Vulgata;* *Syrus* et *Arabs* vero: *omnes tribus Iſraelis.*

Cap. VIII. 8. pro על leg. אל, vt in edit. *Prag.* 1518.

9. pro מארץ מצרים leg. ממצרים, vt in Cod. *Helmſtad.* et *Syro;* ſed manu recentiori in lectionem conſuetam mutat.

15. pro אבי leg. אביו, ſed ו iugulatum. Ita et v. 17.

17. pro עם־לבב leg. עם יהוה לבב, ſed יהוה non punct. et quatuor lineis circumdatum.

18. pro הֶטִיבֹתָ leg. הֶטִיבוֹת.

21. pro עם־אבתינו leg. את־אבותינו, vt in Cod. *Helmſtad.* et edit. *Prag.*

74) *Sabbathum* חול המועד. *Ezech. XXXVIII.* 18. - - *Cap. XXXIX.* 10.

Cap. XXXVIII. 19. Pro ובקנאתי leg. וקנאתי, ſed ב a Punctat. ſuperſcr. LXX. καὶ ὁ ζῆλός μȣ. Conſentit *Arabs.*

20. וכל האדם אשר על־פני הארמה omiſſ. ſed manu recentiori Rabbinica in marg. add.

21. pro חֶרֶב primo leg. חֹרֶב *deſolatio*, forſan non male.

XXXIX. 4. Poſt ועמים add. רבים. Ita in altero Cod. noſtro, et *Helmſtad.* in margine, item edit. *Prag.* 1518. Conſentit *Syrus.*

75) *Dies octaua feſti*, 1 *Reg. VIII.* 54. - - *Cap. IX.* 1.

Cap. VIII. 56. לא נפל דבר אחד מכל דברו הטוב אשר דבר omiſſ. ſed in marg. add.

58. לבבינו pluraliter, vt in altero Cod.

60. ואין, cum praef. ו, ſed expuncto.

65. pro ההיא leg. ההוא.

Cap.

Cap. IX. 1. כל omiss. sed a punct. in marg. add.

76) *Laetitia legis, Ios. I. tot.*

Cap. I. 3. Pro אל־משה leg. עם־משה. Ita *Targum.*
5. עם־משה. אהיה עמך omiss. sed a punctat. in marg. add.
6. pro את־הארץ leg. אל־הארץ.
7. pro ככל leg. את־כל, vt in *Syr. Ar.* et *Vulgat.* sed את expunct. et כ manu seriori adpositum.
14. אשר omiss. sed in marg. add.
18. pro את־דבריך leg. אל־דברך, superscripto tamen י plurali. Ita edit. *Prag.* 1518. אל־דבריך. Singularem seruant *Targum, Syrus* et *Arabs.*

IOBVS.

Cap. I. 3. וחמש מאות צמד בקר omiss. sed manu seriori in marg. add.
10. Keri אתה in textu, sed ה erasum, addita a punctat. not. marg. אתה ק.
11. pro בכל leg. כל־בכל. Sed ad כל, quod est vltimum vocabulum columnae praecedentis, praef. ב add.
17. להגיד omiss. sed in marg. add.
II. 1. Posterius hemistichium omiss. sed in marg. add.
6. pro אך leg. רק, prouti correctum est in altero Cod. LXX. *μόνον.*
III. 5. עליו omiss. sed a punctat. in marg. add.
IV. 11. ובני לביא omiss. sed manu seriori in marg. add.
15. שערת pluraliter. Ita LXX. *Syr. Ar.* et *Vulg.*
V. 5. pro ואל leg. ולא, sed a punctat. correctum. Pro ושאף leg. ישאף cum nota marg. ושאף ק.

Ita

Ita in Cod. 1. 2. 3. *Erfurt.* Orientales legere dicuntur ישב׳ in impresso indice; quod tamen mendose scriptum videtur pro ישאף, obseruante MICHAELIS in Var. Lect. ad h. l.

Cap. V. 8. pro ואל־אלהים אשים דברתי *et ad Deum ponam verbum meum*, leg. ואל שדי אלהים דברתי *et Deus fortis, Deus* inquam est, ad quem dirigitur *verbum meum*, LXX. κύριον δὲ τὸν πάντων δεσπότην (vel secundum recens. *Alexand.* τὸν παντοκράτορα) ἐπικαλέσομαι. Sed שדי non punct. et superne linea notat. in marg. vero אשים suppletum.

9. ונפלאות cum praef. ו. Ita *Targum*, *Syrus* et *Ar.*

18. Chetibh וידו in textu seruatum, sine not. marg.

24. אהליך pluraliter.

27. pro imperatiuo שמענה leg. futurum תשמענה, sed ת non punctat. et iugulat.

VI. 4. pro בעותי leg. בעותי.

10. ולא יחמול cum praef. ו, vt in altero Cod. et *Targum*.

21. Scriptum erat לו, secundum lectionem *Occidentalium*, sed correctum in לא, secundum lectionem *Orientalium*, sine nota marg. vt in Cod. *Cassellano*: vbi tamen litera א ita erasa est, vt tantum dexter eius apex appareat. Vid. I. G. SCHIEDE Obs. S. biga, p. 116. In altero Codice nostro haec lectio in textu exstat, cum nota לו ק. *Chaldaeus*: הויתון כלא *fuistis quasi nihil*; coll. Dan. IV. 32. Ezech. XXI. 18. 32. *Comparat enim amicos suos torrentibus Arabiae, qui hiberno tempore tumidi sunt, sed aestiuo tempore*

ex-

exsiccantur, frustranturque spem et exspectationem iter per illa loca facientium: sperant nempe se illic inuenturos aquam, sed spe excidunt sua. Ita CAPPELLVS Lib. 3. Crit. S. Cap. 10. §. 27. p. 119.

Cap. VI. 23. מיד praemissum habet מכל, sed non punctat. et transfixum, immo tribus virgulis verticalibus superne notatum.

26. pro מלים leg. מלי, sed ם a punctat. add.

29. Keri ושובו in textu, sed a punct. mut. in Chetibh, cum nota marg. בו ק.

VII. 1. עלי in textu, vt in edit. *Menasse b. Israel*, sed י iugulatum, cum not. marg. עלי ק.

5. וגיש vt in impr. licet cum ג ordinario, addita nota marg. punctat. וגוש ק.

7. רוח omiss. sed in marg. a punct. add.

13. ערסי per Samech loco Sin.

21. אשכב omiss. sed in marg. add.

VIII. 3. שדי similiter.

10. ויאמרו cum praef. ו. Ita LXX. *Targ. Syr.* et *Ar.*

15. ולא יעמד omiss. sed in marg. add.

IX. 6. המרגיש per Sin loco Sain, sed correct.

12. ומי ישיבנו cum praef. ו, vt in altero Cod. *Targ.* LXX. et *Vulg.*

13. תחתיו in textu, sed a punctat. in Chetibh correct. cum not. marg. תיו ק.

16. ולא cum praef. ו.

25. ימי sine praef. ו, sed a punctat. add. Magis commode omittitur. Ita *Targ. Syr.* et *Vulg.* item *οἱ λοιποὶ* in ORIGENIS Hexaplis: *αἱ ἡμέραι μυ.*

26. יטוש per Sin.

X. 9. נא omiss. sed a punct. in marg. add.

Cap.

Cap. X. 11. pro ובעצמות leg. ועצמות sine ב, non male.

18. post מרחם aliud antea scriptum erat vocabulum, sed erasum.

20. וחדל in textu, sed a punctat. correct. in Chetibh, cum nota marg. וחדל ק.

ישית vt in impr. cum not. marg. ושית ק.

21. ארץ omiss. sed in marg. add.

22. ארץ עפתה כמו אפל צלמות omiss. sed in marg. add.

Pro כמו אפל *veluti caligo*, leg. ולא אפל *et non caligo*, forsan melius; sed correct. in כמו.

XI. 2. ולא cum praef. ו.

8. pro תפעל leg. פעל, sed ת a punctat. superscr. Ἄλλος in ORIGENIS Hexaplis: *τίς κατεργάσῃ*.

XIII. 1. pro כל leg. לא, scil. pro הלא interrogatiue; sed correct. in כל, quod etiam *Targum* omittit; LXX. vero ita: *ἰδοὺ ταῦτα ἑώρακε.*

5. לכם omiss. sed in marg. add.

12. לגבי omissum, vt sensus sit: *lutum dorsa vestra*, pro *in gibbos luti dorsa vestra*. In marg. autem a punctat. adscriptum וגבי *et gibbi*. LXX. *τὸ δὲ σῶμα πήλινον*, *corpus autem luteum.*

21. אל omiss. sed in marg. add.

XIV. 2. יצא similiter.

3. עיניך pluraliter, sed י iugulatum. Ita et in altero Cod. Eandem lectionem in Polygl. Lond. quoque expressam sequuntur *Targum*, *Syr. Ar.* et *Vulg.*

5. Chetibh חקו *statutum eius*, seruatum in textu, sine nota marg. vt in altero Cod. LXX. *Symmacho*, *Syr. Arab.* et vers. *Lutheri.*

L Cap.

Cap. XIV. 13. pro תשוה leg. תשות.

XV. 7. הראשן sine Iod nec addita not. marg. Interim י a punctat. insertum.

15. Keri בקדשיו, quod etiam omnes exprimunt versiones antiquae, recte in textum receptum est; quum de peculiari illo sancto scil. Messia id non valeat. Interim י plurale transfixum, sine not. marg.

ולא יאמין, cum praef. ו.

16. pro אף־כי leg. אב כי, sed ב manu seriori mutat. in ף.

22. Keri וצפוי, quod est participium passiuum in textu, vt exprimitur a *Syro: exploratus enim est*, et a *Symmacho:* προεσκοπεύθη. Interim י erasum, cum not. marg. צפוי ק.

28. pro נכחרות leg. נכחחות, sed correct.

29. pro יַעְשַׁר *ditescet*, leg. יַעֲשִׁיר in Hiphil *ditescere faciet*, forsan melius. Sed י iugulatum.

31. בשוא in textu; sed א alia manu expunctum, cum not. marg. חס א.

XVI. 4. עליכם במלים ואניעה omiss. sed in marg. add.

5. אַאַמִּיצְכֶם in Hiphil, vt in altero Cod. sed י expunctum.

13. pro רביו *multi eius* scil. sagittarii, leg. רבים *multi:* Sed ם mut. in ו. LXX. ἐκύκλωσάν με λόγχαις.

14. פני omissum, forsan non male; sed a punctat. in marg. add.

18. pro אל leg. על, sed correctum.

22. Post שנות in marg. add. ימיו.

XVII. 1. pro נזעכו a Rad. זעך, quae excepto hoc loco nullibi

nullibi occurrit, leg. נרעכו *extincti sunt.* Ita *Targum*, *Syrus* et *Arabs.*

Cap. XVII. 7. מכעס per ס loco ש, sed correct.

10. חכם omiss. sed a punctat. in marg. add.

12. ליום ישימו similiter.

XVIII. 2. אחר sine praef. ו, sed a punctat. add.

4. pro תעזב leg. תעזב per Kometzchat.

5. pro יגּה *splendebit*, leg. יגיה *illustrabit*, in Hiphil; sed י iugulatum.

13. ויאכל ברי עורו omiss. sed a punct. in marg. add.

XIX. 3. pro תהכרו leg. תהקרו, sed ק mut in כ. Pro לי leg. בי.

12. pro לאהלי leg. לאהליו.

24. 25. Hi versus transpositi sunt, ita vt v. 25. praecedat.

XX. 2. pro שעפי leg. סעפי.

10. pro ווידיו leg. וידו.

XXI. 6. אם sine praef. ו, sed superscr.

20. Keri עיניו in textu, sed י expunct. cum nota marg. ניו ק.

21. pro חדשיו leg. חדשו.

23. וזה cum praef. ו, et addito Psik.

29. pro הלא aliud vocabulum antea scriptum erat, quo eraso הלא substitutum.
Pro תנכרו *non agnoscitis*, leg. תנקרו *non effodietis* vel *eruetis:* sed ק correct. in כ.

XXII. 3. pro תצדק leg. תצדיק in Hiphil, melius. *Symmachus:* ἵνα δικαιωθῇς.

6. אחיך singulariter, vt in altero Cod.

16. pro ולא leg. בלא, vt in altero Cod.
ונהר cum praef. ו. Ita *Vulgat.*

Cap. XXII. 24. pro ושית *et pones*, leg. ישית *pones*, secundum lectionem *Orientalium*, *Theodotionem* et *Vulg.* cum not. marg. ושית ק̄.

30. pro אי־נקי *non innocentem*, leg. אינקי coniunctim: forsan melius a Rad. אנק, *cum gemitu clamantem*, id quod innocentes facere solent. Sane LXX. *Syrus*, *Arabs* et *Vulg.* locum de liberatione innocentis intelligunt.

XXIII. 5. pro ארעה leg. ארעא, sed א mut. in ה.

12. pro פיו leg. פי.

XXIV. 1. ויודעיו in textu, sed ו expunctum, cum not. marg. עיו ק̄.

4. ענוי *miseri*, vt in edit. *Michaelis* et *Menass. b. Isr.* Alii Codices legunt ענוי *mansueti*.

6. pro יקצירו leg. יקצרו, vt in altero Cod. sed ו superscr. cum not. marg. יקצורו ק̄, quod in textu habet edit. *Menass. b. Isr.*

10. pro בלי leg. מבלי, vt in altero Cod. ante correct.

24. pro יקפצון *contrahuntur* vel *occluduntur*, leg. יקבצון *colliguntur*. *Vulgat.* habet *auferentur*.

XXV. 4. מה sine praef. ו. Ita *Symmachus*.

XXVI. 12. Keri ובתבונתו in textu, vt in Cod. *Berol.* ante correct. et edit. *Menass. b. Isr.* Sed a punctat. mutat. in Chetibh, cum nota marg. ס̄ב מוקד ומאוח, LXII. *vocabula sunt praepostere scripta.* Orientales legunt ובתכונתו.

XXVII. 6. בצדקתי vt in impr. sed correctum in בצדקתו, forsan non male.

10. אל־אלוה praeuio אל, vt in altero Cod. ante correct.

Cap.

Cap. XXVII. 11. ביד omissum, forsan haud incommode, sed in marg. a punctat. add.
אם ante שדי omissum, sed a punct. superscr.
15. שרידיו vt in impr. sed a punctat. mutat. in שרידו, cum nota marg. דיו כן.
XXVIII. 8. pro ולא secunda vice, leg. ולא. Ita *Syrus*, *Arabs*, *Vulgat.* et *Lutherus* cum edit. *Gerson.*
12. pro תִּמָּצֵא leg. תִּמְצֵא.
17. pro וזכוכית leg. וזכוכית, vt in altero Cod.
XXIX. 4. pro עלי leg. אלי, sed א expunct. et ע superscr.
21. למו vt in impr. etiam punctat. sed transfixum, alia vero manu rursus in marg. add.
24. ולא יאמינו cum praef. ו, vt in altero Cod. et *Targum.*
XXX. 11. Keri יתרי *neruum meum*, in textu, vt in Cod. *Berol.* et edit. *Menass. b. Isr.* sine nota marg. Manus vero serior י mutauit in ו, quae lectio exstat in edit. *Gerson.* et a LXX. et *Vulg.* ita exprimitur: *Pharetram enim suam aperuit.*
13. Keri להותי in textu sine not. marg. Ita in Cod. *Berol.* et edit. *Gerson.* ac *Menass. b. Isr.*
16. pro יאחזוני leg. יאזוני, sed ח a punctat. superscr.
18. pro ברב leg. הברב.
22. Keri תּוּשִׁיָּה in textu leg. plene, sine nota marg.
26. לאור omiss. sed in marg. add.
XXXI. 5. pro עם־שוא *cum vanitate*, leg. עם־מתי־שוא *cum mortalibus* vel *hominibus vanitatis*, interposito מתי, quod etiam in altero Cod.

in marg. inseritur. LXX. *μετὰ γελοιαςῶν cum irrisoribus.* Ita et *Syr.* et *Arabs: cum improbis.*

Cap. XXXI. 5. על omissum.

7. pro ובכפי *et in manibus meis,* leg. ובכפי *et in manibus:*

10. pro אחרין leg. אחרים.

11. Keri היא in textu, sed י mutat. in ו, cum not. marg. היא כ̇.

והוא in textu, sed ו mutat. in י, cum not. marg. והוא כ̇.

12. pro ובכל *et in omni,* leg. וכל *et omne,* melius. Ita in altero Cod. *Targum, Syr. Ar.* et *Vulgat.*

17. יתום omiss. sed in marg. add.

22. pro משכמה leg. משכמי *ab humero meo,* sed י mutat. in ה.

28. pro לאל leg. לא, sed vltimum ל superscriptum a punctatore.

30. pro נפשיו leg. נפשי. Codex 3. *Erfurt.* legit נפשי. Ita et *Syrus* et *Arabs.*

XXXII. 6. Post ויאמר ponitur Silluk cum Soph-Pasuk, vt in Cod. 1. 2. 3. et 4. *Erfurt.* Sicque in Iobo 1071. essent versiculi, quum tamen in fine libri a Masoretha tantummodo 1070. numerentur. Vid. Sect. I. §. 17. p. 35.

10. אף omiss. sed a punctat. in marg. add.

15. ולא cum praef. ו. Ita et in altero Cod.

16. pro לא־ענו עוד leg. ולא עוד, sed ענו a punctat. in marg. add. Praefixum ו habent edit. *Gerson. Lutherus* et omnes versiones antiquae, excepta LXX.

Cap.

Cap. XXXIII. 13. pro רִיבוֹתָ *litigasti*, leg. רִיבֹת *lites*, vt in altero Cod.

19. pro וריב *et contentio*, ipsum Keri sed defectiue in textu legitur ורֹב *et multitudo*, addita tamen nota וריב כת׳ ורוב ק׳. Plene וריב legit alter Codex ante correct. item edit. *Gerson. Plantini*, *Ariae Montani* et *Menass. b. Isr.* Et hanc lectionem sequuntur omnes Versiones antiquae. Matth. Hillerus *in arcano Ctibh et Keri*, p. 252. sq. putat, variam lectionem h. l. non significare, scriptam hanc vocem alicubi esse וריב, sed plene ורוב in alio Codice legi, quod regulariter defectiuum esset; siquidem et in nostro Codice defectiue exprimitur.

21. Keri ושופר in textu plene exprimitur quod tamen punctator mutauit in Chetibh cum not. marg. פר ק׳.

2. נקם יהוה לצריו, vt in impr. Sed יהוה, quod etiam omittit *Syrus* et *Arabs*, non punctatum.

3. וגדל in textu, sed ו superscr. sine Keri in marg. ובסערה per Samech.

5. תבל sine praef. ו, sed superscr.

9. תַחְשְׁבוּן in Hiphil.

13. pro מֹטֵהוּ *iugum eius*, leg. מַטֵּהוּ *baculum eius*. Ita LXX. *Arabs* et *Vulgat.*

14. pro עָלֶיךָ, leg. עָלַיִךְ cum suffixo foem. Ita, vt non de Assyrio intelligendum sit; sed de Israele, de quo etiam explicat *Targum*.

II. 2. pro מצורה *munitionem*, leg. נצורה *custodiam*. Ita Syrus: *excubiarum excubitor*. Interim נ mut. in מ.

4. גברהו sine י, vt in edit. *Menasse b. Isr.* Singulariter id reddunt LXX. et *Arabs*.

6. בהליכתם in textu, sine ו, cum not. marg. בהלכותם כת׳ בהלכתם ק׳. Singularem exprimunt LXX. *Targum* et *Arabs*.

חומתה cum He Mappikato, vt in impr. consentientibus LXX. et *Vulg.* In Codice vero *Dauentr.* sine Mappik: sicque *Targum*, *Syrus* et *Arabs*. Lectio tamen cum Mappik magis genuina videtur Io. BVXTORFIO in Anticr. p. 836.

11. ולב נמס non punctat.

14. pro מַלְאָכֵכֵה leg. מַלְאָכֵכָה, quod magis accedit

cedit ad formam pluralem, quam sequuntur omnes versiones.

Cap. III. 1. הרמים cum ה demonstr. sed non punctato.

3. יכשלו vt in impr. cum nota וכשלו קׄ. Ita *Symmachus*. LXX. praef. ו exprimunt.

7. pro לה *ei*, vt habent LXX. leg. לך *tibi*, forsan melius. Ita reliquae Vers. ant.

15. vox vltima, vna cum toto v. 16. et prima voce v. 17. omissa, sed in marg. add.

H A B A K V K.

Cap. I. 7. pro ושְׂאֵתוֹ leg. וְשֵׁאתוֹ, sine nota diacritica Schin a Sin discernente.

9. קרימה omissum, forsan haud incommode.

12. ולא נמות cum praef. ו, quod habent LXX. *Symmachus*, *Arabs* et *Vulg*.

13. רע vt in impr. sed praef. ב superscr.

17. ולא cum praef. ו, quod habent *Targ*. et *Arabs*; sed non punct.

II. 3. לא prius sine praef. ו, secunda vice vero ולא cum illo, consentientibus omnibus Vers. antiqu. in *Polygl.* et *Aquila*, item edit. *Gerson*. et Cod. *Berol.* ante corr.

5. לא ינוח sine praef. ו. Ita LXX. *Symmachus*, *Syr*. et *Arabs*.

6. ולא לו cum praef. ו.

13. צבאות non punctat.

15. pro עַל־מְעוֹרֵיהֶם leg. אל־מְעָרֵיהֶם.

19. והוא cum praef. ו, quod etiam exprimit *Targum*, melius; sed non punctat.

III. 4. וקרנים cum praef. ו.

ושם sine praef. ו, quod etiam omittunt *Targ*. *Arabs* et *Vulg*. sed a punct. add. Cap.

Cap. III. 4. pro עזה in textu leg. עוז, vt in Cod. *Helmst.* et *Dauentr.* nec non edit. *Prag.* 1518. Sed ז mutat. in ה, fine not. marg.

8. ואם־בים cum praef. ו, quod habet Codex *Helmstad.* et *Syrus*: sed non punctat.

ומרכבתיך cum praef. ו, quod in Cod. *Dauentr.* add. punctator. Ita LXX. *Syrus* et *Vulgat.*

10. וזרם cum praef. ו, quod habet *Syrus*; sed non punctat.

קולו omiss. sed in marg. add.

11. וירח cum praef. ו, melius, consentientibus omnibus Vers. ant. sed expuncto.

14. פרזיו in textu, vt in edit. *Prag.* Sed י iugulat. cum Keri in marg. Ita in Cod. *Dauentr.*

16. רקב *putredo*, vt in impr. sed non punctat. in marg. vero רגז *commotio*: forsan melius. Ita LXX. *Targum*, *Syrus* et *Arabs*.

ZEPHANIA.

Cap. I. 1. pro חזקיה leg. חלקיה. Ita *Syrus*.

4. שאר vt in impr. sed non punctat. in marg. vero שם *nomen*. LXX. τὰ ὀνόματα, consentiente *Arabe*.

5. את־המשתחוים sine praef. ו, sed superscr.

6. אשר sine praef. ו, sed a punctat. add.

9. חמס vt in impr. Sed punctatio fere deleta; in marg. vero תוך.

ומרמה vt in impr. sed punctum in ו fere deletum.

II. 5. והאבדתיך cum suffixo mascul.

7. שבותם vt in impr. cum Keri in marg.

9. גוייו vt in Cod. 2. 3. *Erfurt.* per duplex י, melius; sed alterum expunctum.

12. המה, quod etiam omittunt LXX. et *Syrus*, desideratur.

Cap.

Cap.III. 9. ולעברו cum praef. ו. Ita *Syr. Arabs* et *Vulgat.*
11. לא־תוסיפי fine praef. ו.
18. pro עליה leg. עָלַיִךְ, melius. Ita *Targ.* et *Syr.*

HAGGAI.

Cap.I. 8. ואכבדה in textu, vt in edit. *Gerſon.* et Cod. *Berol.* ante corr. Sed ה iugulatum, cum Keri in marg.
11. ועל־כל־אשר inſerto כל, longe melius, vt in Cod. *Dauentr.* ante corr. Et ſic legunt LXX. *Targum, Syrus* et *Arabs.*
על־האדם ſine praef. ו, quod etiam omittit *Ar.*
14. רוח vltimum omiſſ. ſed in marg. add.
15. praemittit ſpatium, quod Cap. II. 1. omittitur, vt in edit. *Bomberg.* 1525. et *Menaſſ. b. Iſr.* Et hanc diſtinctionem ſequuntur omnes Verſ. ant. Item Cod. *Dauentr.*

II. 2. יהודה non punctatum.
6. צבאות non punctatum.
Pro היא leg. הוא.
את־הים ſine praef. ו.
7. הגוים poſterius ſine ה demonſtr. ſed ſuperſcr.
8. pro נאם leg. אמר. Item v. 9.
10. pro ביד־חגי leg. אל־חגי, melius. Ita LXX. *Arabs, Vulg.* edit. *Gerſon.* et *Lutherus.*
12. אל־היין ſine praef. ו.
14. pro כל leg. לכל.
15. pro ומעלה leg. ולמעלה, ſed prius ל eraſum.
16. ובא אל־היקב cum praef. ו. Ita LXX. *Syrus, Arabs* et *Vulg.*
17. מעשה ſingulariter, vt habet textus in Polygl. *Lond.* edit. *Bomb.* 1525. *Menaſſ. b. Iſr.* aliiſque. Item *Syrus.*

Cap.

Cap. II. 19. התאינה plene; ſed ſine praef. ו, a punctat. demum adſcripto.
22. poſt ממלכות prius add. הגוים, ſed non punctat.

ZACHARIA.

Cap. I. 4. ומעלליכם in textu, ſed י a punct. ſuperſcr. cum Keri in marg.
12. pro זעמתה leg. זעמת, ſed ה adſcript.
16. וקו in textu, ſed ה a punct. add. ſine Keri in marg.
II. 6. כמה ארכה וכמה רחבה mutato ordine. Ita *Syr.*
7. הנה ſine praef. ו, ſed a punct. ſuperſcr.
8. אלוו in textu, vt in edit. *Menaſſ. b. Iſr.* Sed י iugulatum, ſine nota marg.
III. 3. pro וְעֹמֵד leg. וְעָמַד. Ita omnes Verſ. antiquae.
7. גם ſine praef. ו, ſed a punct. add.
10. pro אל־רעהו leg. אלרעהו coniunctim; ſed א a punct. iugulatum. Ita in edit. *Prag.* 1518. לרעהו.
IV. 2. Keri ואמר in textu, cum nota ואומר, כ̇.
10. המה, quod etiam omittunt LXX. *Syrus*, *Arabs* et *Vulg.* deſideratur.
11. poſt האלה in marg. add. אשר, quod etiam exprimunt LXX. *Syrus* et *Arabs.*
12. שִׁבֳּלֵי per Kometzchatuph, vt in edit. *Gerſon.*
V. 4. את־עציו ſine praef. ו.
9. ותשאנה cum א in textu, ſine not. marg.
VI. 7. והתהלכו cum praef. ו, quod habent LXX. *Targ.* et *Arabs.*
12. לאמר alterum deeſt. Recte. Vtrumque omittunt LXX. *Syrus* et *Arabs.*
13. הוא ſine praef. ו, ſed a punctat. add. Omittitur etiam a *Syro.*
VII. 5. זה ſine praef. ו, quod habent *Targ.* et *Syrus*; ſed a punct. ſuperſcr.

Cap.

Cap. VII. 10. אלמנה sine praef. ו. Ita *Syrus* et *Arabs*.
ואחיו cum praef. ו, sed non punctato.
14. כל omissum, non male. Ita *Targum*.
VIII. 1. לאמר praemittit אלי, quod etiam habent *Targum* et *Syrus*.
3. post יהוה add. צבאות, quod etiam exprimit *Vulgat.* sed non punctat.
6. post צבאות primum add. הנני מושיע, sed non punctat.
11. pro אֲנִי *ego*, leg. אֳנִי *moeror:* forsan melius.
15. pro האלה leg. ההם.
את־בית־ירושלם. Ita inserto בית.
16. pro אמת leg. שלום, sed non punctat. in marg. vero אמת.
משפט sine praef. ו, quod etiam omittit *Syrus*.
19. צום החמישי sine praef. ו.
20. אמר bis, etiam punctat.
IX. 4. pro אדני leg. יהוה. Ita *Targum*.
7. מפיו omiss. sed in marg. add.
8. pro מצבה leg. מצבא in textu per א, sine nota marg.
10. pro וְדִבֶּר leg. וְדוֹבַר.
ועד־ים cum praef. ו. Edit. *Menass. b. Isr.* in margine habet ועד כן.
15. והמו cum praef. ו, non male; sed expuncto.
X. 1. pro להם *illis*, leg. לכם *vobis*, melius. Ita *Syrus*.
5. pro בוסים leg. בכים.
6. ארשיע omiss. sed in marg. add.
והושבתים. Ita corr. in lectionem impr. Antea loco והו et ב aliae literae scriptae erant, nunc erasae.
7. pro והיו leg. והיה singulariter, melius; quamvis puncta subiecta pluralem exprimant.

Cap. X. 12. pro בִּיהוה leg. בִּי, sed non punctat. in marg. vero בִּיהוה.

XI. 2. הבציר in textu; sed י a punct. mut. in ו, cum Keri in marg.

5. pro עליהן leg. עליהם, melius; quia רעיהם praecessit.

6. הנה sine praef. ו, quod etiam omittit *Targ. et Vulg.*
לא אציל sine praef. ו.

16. pro רֹעה *pastorem*, leg. רָעה *malum*; sed manu seriori corr.
והנער cum praef. ו.

17. pro רֹעי leg. רֹעה, melius. Edit. *Menass. b. Isr.* habet רֹעי.
Pro עזבי leg. עזבי pluraliter, vt in edit. *Menass. b. Isr.* Ita LXX. et *Arabs.*
זרש alterum omiss. sed in marg. add.

XII. 5. pro אמצה *confirmabo*; leg. אמצא *inueniam.* Ita, vt obseruat CAPPELLVS Lib. 4. Crit. S. Cap. 4. §. 2. p. 241. legerunt LXX. εὑρήσομεν, consentiente *Arabe. Targum* vero: *inuenta est salus.* Interea א mut. in ה a punctat.
צבאות omissum.

6. pro בעצים leg. בְּעֵצִים.

7. pro דויד leg. דוד. Item v. 8. 10. 12. et Cap. XIII. 1.

8. pro כדויד leg. כדוד, sed י superscr.

10. pro יושב leg. יושבי pluraliter, vt exprimunt omnes Vers. antiquae; sed a punctat. corr.

11. pro מגדון leg. מגדו, vt habent *Targum* et *Syrus.* Sed ן a punct. add.

XIII. 4. in marg. add. עור, sine dubio ad ילבשו, vbi vocem illam exprimit *Targum.*

7. ותפוצינה cum ה paragog.

Cap.

Cap. XIII. 8. ויגרע cum praef. ו, quod habent omnes Verſ. ant. ſed non punctato.

XIV. 2. תשכבנה in textu, cum nota תשגלנה כת תשכבנה ק.

5. וכל cum praef. ו, quod habent omnes Verſ. ant. et alter Codex noſter.

Pro עמך *tecum*, leg. עמו *cum eo*, etiam punctatum, ſicuti correctum eſt in altero Cod. Sicque omnes Verſiones antiquae. Interim atramento recentiori correctum in עמך.

6. וקפאון in textu, vt in altero Cod. Hapht. 72. Vid. ibidem notata, p. 156. Sed ו a punct. mut. in י, cum Keri in marg.

10. נגב *ad meridiem*, vt in impr. ſed mutat. in כנגד *verſus*, forſan non male.

משער ſine praef. ל, ſed ſuperſcr.

ועד שער הפנים cum praef. ו.

18. את־כל־הגוים. Ita interpoſito כל, vt in altero Cod. noſtro. Vid. ibidem dicta, p. 156.

MALACHIA.

Cap. I. 6. אם־אב ſine praef. ו, vt correctum in altero Cod. noſtro, Hapht. 6. Vid. ibidem notata, p. 129.

11. עד ſine praef. ו.

13. את־הפסח ſine praef. ו, vt in edit. *Prag.* 1518.

14. זכר omiſſ. ſed in marg. add.

II. 17. pro עשה leg. עשׂי pluraliter.

III. 5. poſt ובנשבעים add. בשמי. Ita LXX. et *Arabs.* לא יראוני, ſine praef. ו, quod etiam omittit *Syrus.*

8. במה omiſſ. ſed manu recentiori in marg. add.

10. pro די leg. דיי.

Cap.

Cap.III. 12. חפץ omiſſ. ſed in marg. add.

13. pro מה leg. במה vt habent LXX. *Targum* et *Arabs*; ſed ב expunctum.

15. וגם בחנו cum praef. ו, ſed non punctat.

17. pro ליום leg. לחם, ſed non punctat. manu autem ſeriori ſuperſcr. ליום.

19. בא omiſſum.

Pro עשה leg. עושי, vt in altero Cod. conſentientibus omnibus verſionibus antiquis.

קש vt in impr. ſed praef. ל ſuperſcr.

21. ועשותם per Sin loco Samech, vt in altero Cod.

HAGIOGRAPHA.

Quum codex noſter ordinem librorum Biblicorum in tractatu Talmudico *Bava Bathra* praeſcriptum exacte ſeruet, vt iam Sect. 2. §. 22. p. 95. notauimus; primum inter Hagiographa locum occupat liber Ruth: cuius tamen primum folium temporum iniuria periit, adeo vt demum a vocibus מבית לחם Cap. II. 4. textus incipiat.

RVTH.

Cap.II.6. היא omiſſ. ſed in marg. add.

משרה ſingulariter, melius. Ita omnes verſiones antiquae. Conſentit alter Codex noſter, et edit. *Prag.* 1518.

11. pro אביך ſcriptum אבי, per manifeſtam oſcitantiam.

13. שפחתיך plene, vt in Cod. *Helmſt.* ante correct.

20. עזב omiſſ. ſed in marg. add.

21. אלי ſimiliter.

III.2. pro את־ leg. אם, vt in altero Cod. et edit. *Prag.*

3. ושמת in textu, ſine nota marg. vt in Cod.

Helmſtad. et altero noſtro, nec non in edit. *Gerſon.* et *Prag.*

Cap.III. 3. וירדת in textu, ſed י a punct. ſuperſcript. ſine nota marg.

4. ושכבתי vt in impreſſ. ſine nota marg. ſuperſcripto tamen τῷ י circello, vt in edit. *Bomb.* 1525.

5. אלי in textu, vt in Cod. *Caſſellano* et edit. *Prag.* ſed eraſum, cum nota marg. manu ſeriori addita: אלי ק׳ ולא כת׳.

9. poſt את leg. בתי, ſed non punctat.

כנפיך pluraliter, vt in altero Cod. Vid. ibidem dicta, p. 120.

12. אם in textu, ſed non punctatum, cum nota אם כת׳ ולא ק׳. Chetibh tamen commode retineri poteſt; modo כי אם transferatur per *etiamſi*, vt 1 Sam. XIV. 39. Ier. XXII. 24.

13. והיה בבקר omiſſ. ſed in marg. add.

14. מרגלתיו in textu, vt in edit. *Prag.* Sed י a punctat. iugulat. cum nota תיו ק׳.

בטרם in textu, ſine nota marg.

17. poſt אמר ſpatiolum vacuum, adeo vt ne quidem puncta vocis אלי, quae in impreſſis inueniuntur, ſcriptae hic ſint; plane vt in Cod. *Caſſellano.* Manus tamen ſerior notam adiecit אלי ק׳ ולא כת׳.

IV. 4. יגאל vt in impr. quamuis alii Codices legant אגאל. Vid. MICHAELIS Var. Lect. ad h. l.

וארע vt in impr. ſine Keri in marg.

5. קניתי vt in impr. cum nota marg. יתיר י׳.

6. לגאל in textu, ſine ו, ſed a punct. inſerto, cum nota יתיר ו׳.

11. pro שתיהם leg. שתיהן in foemin. melius.

12. pro לְךָ leg. לָךְ.

15. pro לָךְ leg. לְךָ.

PSAL-

P S A L M I.

Pſ.III. 8. לְחִי per Tſere, *maxilla.* Ita in textu legerunt *Chaldaeus, Aquila, Symmachus, Hieronymus* et *Origenes;* quamuis hic ad h. l. obſeruet, quoſdam Iudaeorum variam lectionem in antiquis MSS. agnoſcere: quod etiam pateret ex verbo ματαίως a LXX. adhibito. Et cum his etiam conſentiunt *Arabs, Aethiops* et *Vulg.*

V. 1. pro אל leg. על, melius. Ita *Targum.*

9. הושר vt in impr. ſed ו a punct. mut. in י, addita praeterea nota הישר ק. Chetibh tamen, quod exhibet formam vſitatiorem, praeferendum videtur.

12. ותסך עלימו omiſſ. ſed in marg. add.

VI. 4. ואת vt in impr. cum nota אתה ק.

7. ברמעתי omiſſ. ſed in marg. add.

VII. 6. pro יִרַדֵּף forma ex Kal et Piel compoſita, leg. יִרְדֹּף in Kal, melius: non tamen ob metrum, vt putat FRANC. HARE, in libro Pſalmorum in verſiculos metrice diuiſo, ad h. l. ſed ob analogiam grammaticam.

11. pro מוֹשִׁיעַ leg. מוֹשִׁיעַ.

Pro לב leg. אלב, ſed א non punctat. et iugulat.

18. אורה vt in impreſſ. ſed ה mut. in ד raphatum.

IX. 13. ענוים vt in impr. cum nota עניים ק.

15. תהלתך ſingulariter. Ita Cod. 18. Bibl. Reg. *Pariſ.* vbi tamen י ſuperſcr.

19. pro עֲנָוִים leg. עֲנָיִים, ſine not. marg.

21. מורה vt in impr. ſed ſine not. marg. vt in Cod. 32. *Sorbon.* item in edit. *Bomb.* 1525. et *Menaſſ. b. Iſr.* Chetibh etiam ſequuntur *Syr. Ar. Vulg.* LXX. νομοθέτην. *Symmachus:* νόμον.

X. 2. pro יתפשר leg. יתפשו.

Pſ.X. 5. דרכו vt in impr. cum nota כיו ק.
את omiſſ. ſed in marg. add.
10. ודכה vt in impr. ſed ד mut. in ר, vt legit Cod. 32. *Sorbonae*, ſine nota marg.
חלכאים coniunctim vt in impr. ſine Keri in marg. vt in edit. *Bomberg*. 1525. et *Menaſſ. b. Iſr.*
12. ידיך pluraliter. Ita correct. in Cod. 18. Bibl. Reg. *Pariſ.*
ענוים in textu; ſed ו a punct. mut. in י, cum Keri in marg.
XI. 1. נודי in textu, vt in edit. *Potken*. et Cod. 32. *Sorbonae*; ſed י mut. in ו, ſine not. marg.
6. מְנַת per Patach, vt in edit. *Gerſ.* et Pſalt. *Potkenii.*
XII. 6. pro ענוים leg. ענוים.
XIV. 1. עלילה omiſſ. ſed in marg. add.
XV. 1. באהליך pluraliter, vt in Cod. 32. *Sorbonae.*
4. לְהָרַע vt in impr. Et ſic quoque in ed. *Gerſ. Bomb.* 1525. et *Menaſſ. b. Iſr. ad malum* etiam ſuum vel detrimentum, quod facile ad mutandam ſententiam ipſum permonere poſſet. Ita *Targum: ad malum inferendum ſibi*, nec non *Aquila* et *Theodotio*: τȣ̃ κακῶσαι, diſſentientibus reliquis verſionibus.
XVI. 1. שָׁמְרֵנִי ſine Metheg et per Kometzchatuph, vt in Cod. 1. et 3. *Erfurt.* nec non *Caſſellano*. Item in edit. *Bomb.* 1525. *Menaſſ. b. Iſr.* et Pſalterio *Io. Potkenii.*
2. pro אָמַרְתְּ leg. אָמַרְתְּ, Pſalterium *Io. Potken.* habet אָמַרְתִּי.
אדני vt in impr. ſed non punctat. in marg. vero אלי. Ita Targum אֱלָהִי *Deus meus*, conſentiente Vulgata. Interim י in hac voce admodum tenue et fere obliteratum eſt: immo dubium, an olim in textu

tu exstiterit, quum fere eodem modo appareat, ac aliae rugae in membrana. Sine illo legendum foret אל, q. d. *tu Iehouah es Deus ille, cuius custodiam v. 1. expetii.*

Ps. XVI. 2. בל־עליך fere contigua, interposito tamen Makkeph a punctatore.

3. pro כָּל־חֶפְצִי־בָם *omne beneplacitum meum in eis*, lego בַּל־חֶפְצֵי־בָם. Nam licet in tota hac pagina puncta vocalia vetustate admodum detrita sint; satis tamen distincte apparet, sub prima voce non Kametz sed Patach scriptum esse, sub צ vero secundae vocis Tsere vel etiam Patach, minime vero Chirek. Pluraliter etiam eam exposuerunt LXX. et *Vulgatus*: illi, τὰ θελήματα αὐτȣ͂, hic, *beneplacita mea.* Et quamuis literarum כ et ב figura adeo similis sit in nostro Codice, vt facile inter se permutari queant: primam tamen vocem per ב legendam esse, inde patere existimo, non solum quia כַּל nihil significat; verum etiam quia בל in praecedente non minus quam sequente versu occurrit. Caeterum secundum hanc lectionem sensus totius sermonis satis erit commodus: *ad sanctos quod attinet, et magnificos; non beneplacita in iis* sunt. Nimirum v. 2. Iehouam patrem pro summo bono declarat Messias: *Deus meus tu es, bonum meum, nihil est supra te,* coll. Psalm. LXXIII. 24. Ita comma hoc verto cum IAC. GVSSETIO Comm. Ling. Ebr. ad voc. טובה p. 299. Fere eodem modo quoad sensum *Symmachus*: ἀγαθόν μοι ȣ̓κ ἔςιν ἄνευ σȣ͂, et HIERONYMVS *bene mihi non est sine te.* Pergit Messias v. 3: *Quantum enim ad sanctos qui in terra sunt*, (particula enim ל etiam significat *quod attinet ad.* Gen. XXXI.

 43.

43. 1 Sam. IX. 20. etc.) *et magnificos* (terrae: ſtatus enim conſtructus vocis ואדירי ſuadet, ellypſin aſſumendam eſſe vocis immediate praecedentis;) *nulla in iis oblectamenta* veri nominis ſunt. V. 4. *Multiplicentur idola eorum*, qui *ad alium feſtinant*, praeter te vnicum verum Deum, Exod. XXXIV. 14. Ieſ. XLII. 8; ego ſane *non libabo* (vel ſecundum lectionem noſtri Codicis *non protegam*) *cruenta ipſorum libamina, neque aſſumam nomina illorum in labiis meis.* V. 5. *Iehouah* ſolus, vt iam dixi, *portio partis* (ſcil. cibi Deut. XVIII. 8.) *meae et calicis mei; tu ſuſtentans es ſortem meam.*

Pſ.XVI.4. pro. בַל־ leg. בָל־.

Pro אַסִּיךְ *libabo*, leg. אֲסִיךְ, vel etiam אֲסֵיךְ, cum Samech raphato, *protegam.*

5. pro מְנָת־ leg. מֵנָת־, vt in Cod. 3. et 5. *Erfurt.* nec non edit. *Gerſon.* et *Menaſſ. b. Iſr.* item Pſalt. *Potken.*

Pro תומיך *amplificas*, vt vocem reddit Cel. Io. DAV. MICHAELIS in Colleg. Crit. in h. l. p. 134. leg. תומך, vt in edit. *Gerſon.* et Cod. 32. *Sorbon.* ac Cod. *Berol.* ante corr. item Pſalterio *Potken.* a rad. תמך, magis regulariter, *ſuſtentans es.* Quod antea punctatum fuerit vocabulum, ex Raphe τῷ מ ſuperimpoſito colligi poſſet. Sed nulla iam amplius apparent puncta vocalia. Et ſi vel maxime vox haec ad textum non pertineret; ſenſus tamen integer maneret, h. m. *tu ipſe ſors mea.*

6. pro נַחֲלָת leg. נַחֲלַת, magis regulariter.

10. לא־תתן vt in impr. ſed praef. ו a punct. add.

Pro חֲסִידֶיךָ leg. חֲסִידְךָ ſingulariter, et quidem ſine nota marginali: adeo vt etiam punctator Codicis

dicis hanc lectionem approbauerit. Recte: quum de vno indiuiduo, Meſſia ſermo ſit. Act. II. 27-31. XIII. 35. 37. Conſentiunt non ſolum omnes Verſiones antiquae, verum etiam plurimi Codices MSS. qui adhuc ſuperſunt. In quatuor Codicibus ſe ita legiſſe teſtatur Hovbigantivs: iis ſine dubio, in quibus hanc lectionem inuenit Cl. Io. Avg. Starckivs, nimirum 32. *Sorbonae* et 16. 29. 48. Bibl. Reg. *Pariſ.* immo et Cod. 18. eiuſdem Bibl. licet ibi י manu ſeriori ſuperſcriptum ſit. Cel. Kennicottvs Diſſ. I. p. 499. XVII. nominat MSS. quae hanc lectionem exhibent, et Diſſ. 2. p. 108. 346. narrat, ex XXXI. MSS. tum temporis collatis, XXVII. habere ſingularem; quibus in additamentis p. 563. adhuc Codicem *Lambethanum* adiungit. Accedunt duo Codices *Berolinenſes* quorum mentionem facit Cl. Benj. Gvil. Dan. Schvltze vollſt. Krit. über die Auſg. der hebr. Bibel, p. 3. et Codex *Caſſellanus*, teſte M. R. Io. Georg. Schiedio in Obſ. S. biga, p. 109. Nec deſunt editiones impreſſae, quae hanc lectionem ſeruant: quo imprimis ſpectat prima Hagiographorum editio Neapoli 1487. typis exſcripta, vt refert Kennicottvs Diſſ. 1. p. 522. nec non *Gerſoniana*, Rob. Stephani, et Pſalterium Io. Potkenii. Nec tandem ipſi diſſentiunt Iudaei, v. g. in Medraſch Thehillim fol. 13. 4. et Ialkut *R. Simeonis* fol. 95. edit. Francof. Plura argumenta pro ſingulari numero hic omnino retinendo, vid. apud Cel. Michaelis l. c. p. 210. ſq.

Pſ. XVI. 11. שׂובע vt in impr. ſed plene, vt in Cod. 32. *Sorbon.* Dubitari igitur nequit vocem per Cholem legendam eſſe. Solus *Theodotio* legit שָׂבַע.

Pſ. XVII. 5. pro אַשֻׁרֵי leg. אַשׁוּרַיי. Ita et פְּעָמַיי.

11. סבבונו in textu, ſine not. marg. vt in Cod. *Caſſellano*, et 18. Bibl. Reg. *Pariſ.*

14. וצפונך ſimiliter; vt in Codd. modo citatis, et Cod. 32. *Sorbon.*

XVIII. 8. ותתגעש in Hithpael.

12. pro סביבותיו leg. סביבתו, ſed י plurale a punct. ſuperſcr. *Vulgatus* habet: *in circuitu eius*. Ita et LXX. et *Aethiops*.

14. בשמים vt in impr. ſed mut. in lectionem commodiorem משמים, quam etiam ſequuntur omnes verſiones antiquae.

19. יקדְמֻני defectiue ſine ו, vt 2 Sam. XXII. 19. Hanc defectiuam vocis ſcriptionem exhibet quoque Cod. 32. *Sorbonae*; in noſtro autem מ punctatum eſt per Kübbutz, conſentientibus omnibus verſionibus antiquis pluraliter vocem reddentibus. Legere quidem mauult יקדמני GE. IO. LVD. VOGEL, in Diſſ. *de matribus lectionis librariorum arbitrio olim relictis*, §. 8. p. 12. id quod totius orationis nexum poſtulare autumat. Sed optime quoque cohaeret comma hoc cum praecedenti, ſi verbum plurale retineatur. Praedicauerat vtique Dauid Dei bonitatem, qua ab hoſtibus validiſſimis ipſum eripuit. Nunc vero pergit: *anteuerterant quidem me tempore calamitatis meae; ſed Dominus fulcimentum mihi fuit.*

30. pro בָךְ leg. בְּכָה.

XIX. 14. אל vt in impr. ſed praef. ו a punct. add.

XX. 2. in marg. additam habet vocem סלה.

5. poſt כלבבך in marg. add. יהוה. Ita *Syrus* et *Ar.*

Pſ.

Ps. XXI. 2. pro מַה־יָּגִיל leg. מַה־יָּגֶל, et acutum, vt in edit. *Gerson.* et *Potken.* Defectiue etiam vocem exhibent: Cod. 18. Bibl. Reg. *Parif.* 32. *Sorbon.* *Caffellanus* et *Berol.* ante correct.

8. pro ימוט leg. תמוט; fed correct.

XXII. 11. pro הָשְׁלַכְתִּי *proiectus fum*, leg. הִשְׁלַכְתִּי *proieci*, in Hiphil; forfan melius.

15. הָתְפָּרְדוּ, forma ex Hophal et Hithpael compofita.

17. pro כָּאֲרִי leg. כָּאֲרוּ, plane vt Num. XXIV. 9. Ez. XXII. 25. et quidem fine nota illa marg. quae et in codice, cuius mentionem facit Capito *Inftit. Hebr. Lib.* 1. *Cap.* 13. et in quibufdam impreffis legitur: כארו ק׳. Quo etiam fpectant illae editiones, quae in litera י punctum habent ad Keri referendum, fuperfcripto circello Maforethico, vt *Plantiniana* et *Hutteriana:* itemque *Menaffe b. Ifr.* quae tamen punctum in י non exprimit. Et fic per Patach legit Cod. 3. *Erfurt.* Nolumus hic repetere, quae de hac voce tanquam cruce Criticorum ab aliis dicta funt, illis praefertim, qui lectionem כארו defendunt: quam etiam Cappellus *Lib.* 4. *Crit. S. Cap.* 17. *§.* 6. *p.* 310. pro meliori declarat, adeo vt nemo nifi Iudaeus de eo dubitare poffet. Nobis interea praeferenda videtur noftri Codicis lectio, quae ita exponi folet: *ficut leo manus meas pedefque meos* fcil. perforarunt; vel vt *Targum* habet: *mordentes ficut leo.* Leones enim membra eorum quos difcerpunt, dentibus fuis acutis perforare folent. Quum tamen illud fine confractione offium vix concipi poffit; Chrifti vero cruci-

ciaffixi oſſa neutiquam confracta ſint, Ioh. XIX. 33. 36; melius ellypſis verbi ex praecedentibus ſupplenda, vt Pſalm. XVIII. 42. LXIX. 33. Deut. XXXII. 7. Ieſ. V. 7. aſſumitur, h. m. *ſicut leo* ſcil. cinxerunt *manus meas pedeſque meos.* Hoc ipſo militum Romanorum feritas indigitatur Seruatorem cingentium, maxime tunc, quum in crucem eum agentes manus pedeſque circumſtiterunt: quare etiam in hoc ipſo Pſalmo saepius feris beſtiis, v. 13. 17. 21. et in ſpecie leonibus v. 14. 22. aſſimilantur. Vid. Cel. Io. Dav. Michaelis *Diſſ. in h. l.* §. 7. *p.* 10. qui etiam §. 8. *p.* 12. *ſq.* obſeruat, iudicium Maſorae paruae, dum ad h. l. notat, alio ſignificatu hanc vocem per Kametz ſcriptam occurrere Ieſ. XXXVIII. 13. vbi citra dubitationem ſignificat *ſicut leo*, tantae non eſſe auctoritatis, quin ab eo recedere liceret; nec He demonſtratiuum, quod vocalem ſuam poſt ſe reliquit, noſtrae interpretationi obſtare. Haec vero lectio malitioſae Iudaeorum corruptioni, qui pro כארו ſubſtituerint כָּארִי, neutiquam tribuenda eſt, vt praeter quoſdam Pontificios ſtatuit Will. Whiston, *Eſſay towards Reſtoring the true Text of the O. T. p.* 78. Si enim ſtudio textum mutare voluiſſent; certe alterius lectionis nullam prorſus mentionem feciſſent, quae vtique in quibuſdam codicibus adhuc inuenitur. In bibliis enim Halenſibus inter Var. Lect. ad h. l. allegatur *R. Chaiim* teſtimonium, qui in correctis quibuſdam exemplaribus in textu כארו ſcriptum ſe reperiſſe adfirmat, altera lectione in marginem reiecta; vt in Cod. *Ienenſi* teſte Io. Gerhardo apud Abr. Calovium *in Bibl. Ill. ad h. l.* Ex Isaaci Levitae *Defenſ. verit. Hebr. contra Lindanum* ſequentia refert Rich. Simon, *Hiſt. Crit.*

du

du V. T. Lib. 3. Cap. 17. p. 462. *Il témoigne neanmoins avoir veu un Exemplaire Hebreu des Pſeaumes, ou on liſoit* Caru, *au Pſeaume* 22. *verſ.* 17. *de la meme maniere, que les Septante et S. Ierôme ont autrefois lû en cet endroit: de ſorte que, ſelon lui, les Iuifs depuis environ* 600. *ans ont changé cette Leçon en* Cari, *qui eſt celle d'aujourdhui, et qui etoit à la marge de cet ancien Exemplaire.* Eandem lectionem in Codice COLBERTINO N. 626. ſe inueniſſe teſtatur MARTIANAEVS in edit. HIERONYMI ad h. l. in egregio vero Pſalmorum MS. Bibliothecae *Bodleianae*, et tribus aliis codicibus, Cel. KENNICOTTVS Diſſ. I. p. 500. coll. Diſſ. II. p. 329. Et ſic etiam in Pſalterio quatuor linguarum Col. 1518. a Io. POTKEN edito כַּאֲרִי legitur. Nec aliter legiſſe videntur LXX, qui hanc vocem reddiderunt ὤρυξαν, conſentientibus reliquis verſionibus antiquis, quae illos vt plurimum ſequuntur. Ex quibus omnibus procliue intellectu eſt, hanc quoque lectionem ſatis antiquam eſſe, quamuis alteri poſtponendam.

Pſ.XXII.22. pro רמים leg. ראמים vt in edit. *Gerſon.* Et ſic correctum eſt in Cod. 32. *Sorbonae.*

27. pro דרשיו leg. דורשיו.

XXIV.4. נפשו, vt in Cod. 32. *Sorbon.* ſecundum Chetibh, quod hic omnino praeferendum eſt, et ab omnibus verſionibus antiquis exprimitur. Interim ו manu recentiori mut. in י, ſine nota marg.

6. דרשו vt in impr. cum nota שיו ק׳. Sigulariter exprimit vocem *Syrus* et *Arabs.*

10. זה, quod verſiones antiquae negligunt, omiſſum: non male.

Pſ.

Pſ.XXV.3. לא omiſſ. ſed in marg. add.

5. אותך in marg. praemittit כי.

8. pro יהוה leg. אתה, ſed non punctat. in marg. vero יהוה.

XXVI.2. צרופה vt in impr. ſed ו iugulatum, ſine nota marg. vt in Cod. *Caſſellano*, et Cod. 32. *Sorbon.* Edit. *Gerſon.* et Pſalter. *Potken.* omittunt ו.

5. pro קָהָל leg. קָהָל.

XXVII.1. pro וישעי leg. וישעי.

2. pro ואיבי leg. ואבי, ſed י ſuperſcr.

3. pro יירא *timebit* cor meum, leg. אירא *timebo* corde meo.

5. בסכה vt in impr. ſine not. marg. vt in edit. *Bomberg.* 1525. et *Menaſſ. b. Iſr.*

13. לולא quatuor punctis deſuper notatum, vt in impr. Nimirum in Var. Lectionis indicium: LXX. enim *Aquila*, *Symmachus*, *Syrus*, *Arabs* et *Vulg.* vocem omittunt.

חיים vt in impr. ſed ה demonſtr. ſuperſcr.

XXVIII.1. פן תחשה ממני omiſſ. ſed in marg. add.

4. וכרע vt in impr. ſed praeſ. ו expunct.

8. ישועות omiſſ. ſed a punctat. inſertum.

XXX.4. Chetibh מיורדי *a deſcendentibus*, quod exprimunt LXX. *Syrus*, *Arabs*, *Aethiops* et *Vulg.* in textu ſeruatum, cum Keri in marg. ſed obliterato.

XXXI.5. מרשות pluraliter; punctator tamen ſingularem expreſſit.

11. pro ועצמי leg. ועצמו, ſed ו mut. in י.

17. pro על leg. אל, ſed correct.

23. בחפזי omiſſum. *Aethiops: dixi, proiectus ſum igitur.*

XXXII.5. פִּשְׁעִי ſingulariter, vt habent LXX. *Symmachus*, *Arabs*, *Aethiops* et *Vulg.*

Pſ.

Pſ.XXXIII. 18. יהוה omiſſ. ſed in marg. add.

20. נפשינו pluraliter. Ita *Arabs*, et Pſalt. *Potken.* item Cod. 32. *Sorbon.*

XXXIV. 10. pro יְרָאוּ leg. יִרְאוּ.

XXXV. 10. עני omiſſ. ſed in marg. add.

חזק ſine praef. מ, ſed a punct. add.

21. בפיהם cum praef. ב, ſed non punctat.

עינינו pluraliter, vt in Cod. 18. Bibl. Reg. *Pariſ.* item Cod. 21. in quo tamen ו eraſum, Pſalterio *Potken*, et edit. *Bomberg.* 1525. ſuperimpoſito tamen circello. Conſentiunt LXX. *Ar. Aeth.* et *Vulg.*

XXXVI. 6. אמונתך vt in impr. ſed praef. ו add. quod exprimunt LXX. *Syr. Ar. Aeth.* et *Vulg.*

XXXVII. 6. ומשפטיך pluraliter. Ita *Targum*, *Syrus*, *Arabs* et Pſalt. *Potken.* Cod. 32. *Sorbon.* Cod. 18. Bibl. Reg. *Pariſ.* nec non Cod. 27. ante, et Cod. 48. poſt correctionem.

14. דרכו ſine praef. ו, quod etiam negligunt LXX. *Aeth.* et *Vulg.* Sed a punctat. add.

26. pro חונן leg. חונה, ſed ה mut. in ן.

XXXVIII. 21. pro רָדְופִי leg. רודְפִי. Codex 32. *Sorbon.* habet רְדָפִי.

XXXIX. 1. לידיתון vt in impr. cum nota ו̇ ק.

6. כל prius non punctatum. Melius omittitur; ſiquidem nec *Syrus* illud expreſſit, nec *Aquila*, nec *Symmachus*.

8. ותוחלתי cum praef. ו.

11. pro מתגרת leg. מתּגרת, interim ר raphatum non eſt, ſed circello notatum.

XL. 2. יהוה in marg. praemittit אל.

3. pro הַיָּוֵן leg. הַיָּוֶן.

Pſ.XL. 3. אשׁירי plene, vt quidam Codices HOVBIGANTII, ſpeciatim Cod. 32. *Sorbon.* et Pſalt. *Potken.*

17. ויאמרו cum praef. ו, vt Pſalm. LXX. 5. XXXV.

27. Ita omnes verſ. antiquae, Cod. 1. et 3. *Erfurt.* item Cod. 32. *Sorbon.* et *Dreſd.* edit. *Gerſon.* et Pſalt. *Potken.*

XLI. 3. יאשר vt in impr. ſine Keri in marg. vt in edit. *Menaſſ. b. Iſr.*

4. pro ערש leg. ערס.

7. pro לו leg. לִי, melius.

XLII. 3. pro וְאֵרָאֶה *vt comparcam*, leg. וְאֶרְאֶה *vt videam.* Ita actiue *Targum*, *Syrus* et *Lutherus.*

9. pro חיי ad Deum *vitae meae*, leg. חי *viuentem.* Ita *Syrus.*

XLIII. Hic Pſalmus in noſtro Codice non habet primam vocem maiuſculam: immo ne quidem ſpatium praemittit, ſiquidem nec in margine ſeorſim numeratur. Non male vero cum praecedenti coniungitur, quemadmodum obſeruat ROB. LOWTH, *de ſacra Poeſi Hebraeorum Prael.* 23. *p.* 229. ſcribens: *Eadem plane videtur eſſe ratio ſequentis etiam Pſalmi, qui continet octo eiuſmodi verſus cum eadem ἐπῳδῇ: et cum in eadem materia, ſtylo eodem, iiſdem etiam, vt videtur, numeris ſit ſcriptus; a priore Pſalmo fortaſſe non omnino ſegungi debuit, ſed pro alia quadam eiuſdem parte potius haberi. Id ſi verum eſt, totum poema tres habet partes fere ſimiles et aequales, quarum vnaquaeque clauditur eadem periodo intercalari.* Ita iam olim EVSEBIVS de hoc Pſalmo: Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις· διὸ οὐδὲ παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς ἐπιγραφὴν ἔχει· ἀλλὰ καὶ ὅτι μέρος ἔοικεν εἶναι

τοῦ

τȣ̃ πρὸ αὐτȣ̃, δεδήλωται ἔκ τε τῶν ὁμοίων ἐν ἀμφοτέροις λόγων, καὶ ἐκ τῆς ἐμφερȣ̃ς διανοίας. In Codice 27. et 48. Bibl. Reg. *Parif.* item Cod. 32. *Sorbon.* hic Pfalmus itidem refertur ad praecedentem.

Pf. XLIII. 3. הר vt in impr. fed non punctat. in marg. vero היכל.

XLIV. 2. בימיהם non punctatum. Forfan non male omittitur. Ii enim qui terram Cananaeam occupauerant, v. 3. 4. Dauidis tempore fuperftites amplius non erant: quare, quae eorum aeuo Deus fecerat, vix ex eorum relatione auribus percipere potuerunt eorum abnepotes. LXX. hanc vocem omittunt: quam etiam ob metrum refpuit. Franc. Hare in Pfalm. libro in Verficulos metrice diuifo ad h. l.

19. ארחיך pluraliter, vt in Cod. 32. *Sorbon.* Ita LXX. et *Arabs.*

20. pro דכיתנו leg. דכיתני, fed י manu feriori mut. in ו.

Pro תנים leg. תנין.

XLV. 3. pro יפיפית leg. יפיפית in foemin.

8. pro משחך leg. ימשחך, fed י expunctum.

13. pro צ׳ר leg. צור. Ἄλλος in Origenis Hexaplis: Θυγάτηρ κρατίστη.

14. pro כְּבוּדָּה leg. כְּבֻדָּה, melius, vt in Cod. 32. *Sorbon.*

XLVI. 7. הארץ cum ה demonftr. vt in Cod. 32. *Sorbon.*

9. pro יהוה leg. אלהים.

XLVII. 8. על־כל־הארץ. Ita praeuio על, vt in Cod. 27. Bibl. Reg. *Parif.* ante correct.

XLVIII. 15. עלמות coniunctim, vt in Cod. 31. *Sorbon.*

et

et Cod. 16. Bibl. Reg. *Parif.* fuperfcripto tamen circello. Ita legiffe videtur *Chaldaeus: in diebus pueritiae.* Nec aliter *Lutherus*, fubintellecto כ, **er führet uns wie die Jugend;** quum in verfione qua vfus eft *Gerfoniana* עלמות vt vna vox legatur. Eandem lectionem feruat Pfalterium a Io. POTKEN editum; quam etiam praeferendam effe docet Io. SIMONIS in Lex. p. 713. adeo vt fenfus fit: *ducit nos cum tibiarum cantione*, i. e. laetabundos.

XLIX. 8. pro אח *fratrem*, leg. אך *veruntamen.*

לא alterum vt in impr. fed praef. ו a punct. add. quod habet Cod. 32. *Sorbon.*

10. לא fimiliter adiectum habet praef. ו, quod etiam exprimit *Syrus*; a FRANC. HARE vero ob metrum affumitur.

15. וצורם in textu, fine Keri in marg. vt in Cod. 32. *Sorbon.* et Pfalt. *Potken.* nec non edit. *Bomberg.* 1525. quamuis fuperfcr. circello.

18. לא־ירד vt in impr. fed praef. ו add. quod exprimit *Syrus*, et olim adfuit in Cod. 27. Bibl. Reg. *Parif.*

L. 3. pro נשערה leg. נסערה.

4. מעל omiff. fed in marg. add.

19. pro תצמיר *nectit*, leg. תצמית *conftringit.*

21. pro דְּמִיתָ leg. דָּמִית.

22. זאת omiff. fed in marg. add.

LI. 4. חרבה vt in impr. fine Keri in marg. Ita edit. *Menaff. b. Ifr.* fed fuperfcripto circello.

6. בדבריך pluraliter, vt in Pfalt. *Potken.* Ita LXX. *Ar. Vulg.* et Paulus Rom. III. 4.

11. בשפטיך pluraliter, vt habet Cod. 32. *Sorbon.* et *Syrus.*

Pf.

Ps.LII.7. pro אל leg. לא, sed erasum, in marg. vero אל. Pro ויסחך leg. וישחך, sed ש mut. in ס.
9. ומעוז cum praef. ו, sed expuncto.
LIII.7. pro ישעות leg. יְשֻׁעַת, vt Psalm. XIV. 7. consentientibus omnibus Version. ant. praeter *Targum.* אלהים vt in impr. in marg. vero יהוה, vt Ps. XIV. 7.
LIV.7. ישוב *redibit*, sec. Chetibh, quod etiam exprimit *Targum.* Sed correct. in Keri ישיב *reducet*, cum not. marg. ישוב ק. Keri in textu exprimit Cod. 32. *Sorbon.*
9. pro הִצִּילָנִי *eripuit me*, leg. הַצִּילֵנִי *eripe me*, quod certo futurum esse spero; forma ex imperatiuo et futuro composita, coll. 2 Cor. I. 10. LXX. futurum exprimunt: quare eos תַּצִּילֵנִי legisse putat Cappellus Lib. 4. Crit. S. Cap. 5. §. 6. p. 254.
LV.12. הוות בקרבה omiss. sed in marg. add. Posterius vocabulum omittunt LXX. *Syrus, Aeth.* et *Vulg.*
16. ישימות coniunctim sec. Chetibh, sine Keri in marg. vt in edit. *Plantiniana*, item *Menass. b. Isr.* superscripto tamen circello. *Nihil tamen necesse est*, ait Cappellus Lib. 3. Cap. 4. §. 5. p. 77. *divisim legere vocem illam, cum coniunctim legi possit* יְשִׁימוֹת, *hoc est* desolationes, *a rad.* ישם *desolare, vnde* ישמון *desertum*, *quasi desolatum*, *et* בית ישימות *nomen proprium vrbis, Ios. XIII.* 20. *et Num. XXXIII.* 49. *quasi dicas, domus desolationum. Sensus igitur Psaltis iuxta illam lectionem hic potest esse commodus:* desolationes *sint* super eos, h. e. *plane desolentur, deuastentur.*
20. pro ויענם *et affliget eos*, leg. וינעם *et agitabit*

 eos,

eos, vel vagari faciet, coll. Num. XXXII. 13. Forsan non male: quum vagationibus eorum, qui vt statim additur, mutationes non amant, opponatur Deus sedens dudum ab antiquitate. Interim vox in textu punctata non est, in marg. vero ויענם.

Pſ. LV. 21. pro ידיו leg. ידו. Ita singulariter omnes Verſ. ant. praeter *Targum*.

LVI. 1. מכתם omiss. sed in marg. add.

3. post היום leg. לחם ילחצני, vt v. 2. Sed non punctat,

6. עלי non punctat.

7. יצפנו in textu defect. vt in Cod. *Berol.* Sed י superscr. cum nota יצפינו כת׳ יצפונו ק׳.

12. ולא cum praef. ו.

14. רגלי singulariter.

LVII. 7. pro שיחה leg. שוחה, sensu eodem.

10. ואזמרך cum praef. ו, quod habent *Syr. Arabs* et *Vulg.* et in loco parall. Psalm. CVIII. 4. adest.

LVIII. 5. יְאַטֵּם in Piel.

8. חצו vt in impr. cum nota ציו ק׳. LXX. et *Symmachus: τὸ τόξον αὐτȣ̃.*

10. יסערנו per ס, vt in Psalt. *Potken.* et Cod. 27. Bibl. Reg. *Pariſ.*

LIX. 11. Chetibh חסדו, quod etiam exprimunt LXX. et Ἄλλος in ORIGENIS Hexaplis, item *Arabs, Aeth.* et *Vulg.* in textu seruatum, sine Keri in marg. vt in edit. *Gerson. Bomberg.* 1525. et *Menaſſ. b. Iſr.* sed superscr. circello.

15. ישובו vt in impr. sed praef. ו add. quod habent LXX. *Theodotio* et quinta editio in ORIGENIS Hexaplis, item *Syr. Aeth.* et *Vulg.*

16. יניעון in textu, sine Keri in marg. vt in Cod. 32. *Sorbonae.*

Pſ.

Pſ.LX.7. ועני in textu, vt in Cod. 18. Bibl. Reg. *Pariſ.* Sed י mut. in ו, cum nota ני קן.

LXI. 1. נגינות pluraliter, vt in Cod. 32. *Sorbon.* Ita *Targum*, LXX. *Ar. Aeth.* et *Vulg.*

3. בצור per Cholem et ſine Makkeph.

4. poſt לי ex v. 3. repet. בצור ירום ממני תנחני et ex hoc verſu initium כי היית מחסה לי, ſed non punctat.

LXII. 1. pro על־ידותון leg. לידותון, ſed ע a punct. add.

13. pro אדני leg. יהוה.

LXIII. 5. בשמך *in nomine tuo*, vt in impr. ſed corr. in ולשמך *et nomini tuo.*

LXIV. 4. pro כחרב leg. כחר, ſed ב a punct. ſuperſcr. Pro דָּבָר *verbum*, leg. דַּבֵּר *loqui*: forſan melius.

7. תַּמְנוּ *conſumti ſumus*, vt in impr. ſed a punct. corr. in טָמְנוּ *abſcondunt*, vt in Pſalt. *Potken.* Ita legendum eſſe, coniicit CAPPELLVS Lib. 6. Crit. S. Cap. 9. §. 7. p. 428. non refragante BVXTORFIO in Anticr. Part. 2. Cap. 13. vbi obſeruat, in primis editionibus Venetis in fol. et 4. in margine notari, quoſdam libros habere טמנו.

9. pro וַיַּכְשִׁילֻהוּ *et corruere fecerunt eum*, leg. וַיַּכְשִׁלֻהוּ, expuncto tamen ה et ſuperſcripto י, ita vt legendum ſit ויכשילו *et irruere fecerunt* ſuper eum linguam ſuam. Melius, quoad ſenſum; quamuis etiam ob metrum ita legendum eſſe cenſeat FRANC. HARE ad h. l.

LXV. 10. pro ותשקקה leg. ותשוקקיה. Ita in Codice 29. Bibl. Reg. *Pariſ.* Sed ſine praef. ו, et per י poſtea eraſum, in Cod. 48. eiuſdem Bibliothecae. Vid. Cl. Io. AVG. STARCKII Syll. Comment. et Obſ. Phil. Crit. Vol. 1. p. 90. In Cod. 32. *Sorbon.* autem leg. ותשקקיה.

Pſ.LXVI.3. יכחשו *mentientur*, vt in impr. ſed ſuperſcripto ת a punct. mut. in יִתְכַּחֲשׁוּ *ſpe ſua fruſtrabuntur*. Bene.

7. תצפינה omiſſ. ſed in marg. add.

Chetibh ירימו in Hiphil, in textu ſeruatum, vt in edit. *Gerſon.* ſine Keri in marg.

למו omiſſ. ſed in marg. add. Commode abeſt, vtpote pleonaſticum.

8. pro אלהינו leg. אלהים, vt in Cod. 32. *Sorbon.* Ita *Targum* et *Syrus*.

10. כסף non punctat.

19. אלהים omiſſ. ſed in marg. add.

LXVII.5. pro מִישֹׁר leg. מֵישָׁר.

LXVIII.6. pro במען leg. ממען.

7. pro צחיחה leg. סחיחה, ſed ס mut. in צ.

11. ישבו in futuro, melius. Ita Codex *Caſſellanus*, teſte Cl. STARCKIO l. c. p. 123. Conſentiunt LXX. *Aeth.* et *Vulgat.*

13. pro מלכי *reges*, leg. מלאכי *nuncii*, Apoſtoli ſcilicet vagantes inque vniuerſo terrarum orbe euangelium promulgantes. Ita Cod. 16. Bibl. Reg. *Pariſ.* teſte STARCKIO l. c. p. 124. transfixo tamen א ab altero librario.

21. אל, quod etiam *Targum* negligit, deeſt. Omiſſum quoque eſt in Cod. *Dreſdenſi*, ſed alia manu add. Vid. STARCKIVM l. c. p. 129.

23. poſt אמר add. אם, ſed non punct. et fere eraſum.

Pro מִמְּצֻלוֹת leg. בִּמְצֻלֹת. Ita *Targ.* LXX. et *Vulg.* Sed ב mut. in מ.

29. pro עוּזָּה leg. עֻזָּה, vt in Cod. 31. et 32. Bibl. *Sorbon.* et 16. Bibl. Reg. *Pariſ.* teſte STARCKIO l. c. p. 133.

Pſ.LXVIII. 36. ממקדשך ſingulariter, melius, vt habent *Targum* et *Syrus*, item *Symmachus*: ἐν ἁγιασματί σȣ. Deeſt quoque י plurale in Cod. 16. Bibl. Reg. *Pariſ.* ſed manu recentiori ſuperſcr.

LXIX. 10. וחרפת ſingulariter, vt reddit *Syrus* et *Arabs*. Pluralem tamen adhibet *Paulus*, Rom. XV. 3. LXX. ſequutus, quem etiam poſtulat verbum plurale.

16. pro תבלעני *abſorbeat me*, leg. תבעלני *dominetur in me*.

32. ומפרים cum praef. ו, quod exprimunt LXX. *Syr. Ar. Aeth. Vulg.* et *Lutherus*. Ita edit. *Gerſon.* et Pſalt. *Potken.*

33. יִרְאוּ in futuro, melius. Ita *Targum*.

וישמחו cum praef. ו, quod habent omnes Verſ. ant. Cod. 32. Bibl. *Sorbon.* edit. *Gerſon.* Pſalt. *Potken.* et *Lutherus*. Hanc pariter ac praecedentem lectionem non tantum ſenſum, verum etiam metrum poſtulare, autumat Franc. Hare ad h. l.

ויחי vt in impr. ſed praef. ו ingulatum.

LXX. 5. pro אלהים leg. יהוה. Ita *Targum* et Cod. 32. *Sorbonae*.

6. pro עזרי leg. עזרתי, vt Pſalm. XL. 18. et in Pſalt. *Potken.* Hanc etiam lectionem metri gratia praefert Fr. Hare.

LXXI. Hic Pſalmus eiuſdem ac praecedens argumenti, cum illo in noſtro Codice coniungitur. Nec enim primam habet vocem maiuſculam, nec in margine ſeorſim numeratur: immo ne quidem interpoſito ſpatio ab eodem diſtinguitur. Praeterea ἀνεπίγραφος eſt: adeo vt hi duo Pſalmi ſatis commode pro vno haberi queant.

5. pro יֱהֹוִה leg. יְהֹוָה, vt in Pſalt. *Potken.*

Pſ.LXXI. 12. חוּשׁה in textu, ſine Keri in marg. vt in edit. *Gerſon.* et Cod. 32. *Sorbon.* item Cod. 18. Bibl. Reg. *Pariſ.* Olim quoque adfuit in Cod. 27. et 48. eiuſdem Bibl.

14. תהלתיך pluraliter. Ita *Aquila*, *Symmachus*, *Syrus* et Pſalt. *Potken.*

20. הראתנו, item תחיינו et תעלנו pluraliter ſecundum Chetibh, quod etiam ſequitur *Targum.* Ad duas tamen voces priores in marg. nota addita נו ק. Quoad primam vocem Chetibh etiam exprimit Cod. 32. *Sorbon.* ante correct.

24. poſterius כי, quod etiam omittunt LXX. *Ar. Aeth. Syrus* et *Vulg.* non punctat. ſed iugulatum.

LXXII. 6. כרביבים vt in impr. ſed praef. ו add. quod habent omnes Verſ. ant. praeter *Targum.*

17. ינן in textu defect. ſed י a punctat. inſertum, cum nota יו ק. Cod. 32. *Sorb.* in textu habet ינון. Vulgo hanc vocem reddunt *filiabitur*, *ſoboleſcet*, *per filios propagabitur.* LXX. vero: διαμενεῖ. *Videntur enim*, vt CAPPELLVS ait, Lib. 4. Crit. S. Cap. 5. §. 38. p. 262. *legiſſe* יכון (*nam* כון *firmum et ſtabilem eſſe atque permanere ſignificat.*) *Senſu non incommodo.* Sic HIERONYMVS ex hebraeo vertit: *perſeuerabit.* Nec aliter forſan legit *Chaldaeus*, qui vocem hanc reddit מזמן *praeparatum eſt.* Et ſane נ prouti in noſtro Codice pingitur, τῷ כ ſimillimum eſt. Exſtat quoque יכון in loco parall. Pſal. LXXXIX. 38.

LXXIII. 2. נטוי vt in impr. *declinauit* pes meus, vt explicat MATTH. HILLERVS de Arc. Ket. et Keri, p. 361. et LVD. CAPPELLVS Lib. 3. Crit. S. Cap. 13. §. 20. p. 149. vel ex ſententia IO. SIMONIS *in*

Anal.

Anal. lect. Masor. p. 64: et ego fere declinatus pedibus meis. Sed corr. in נטיו sine not. marg. vt sensus sit: ad me quod attinet, fere *declinarunt* pedes mei. Et hanc lectionem in textu habet Cod. 32. *Sorbon.*

Ps. LXXIII. 2. שפכה *effudit* gressus meos scil. pes meus, secundum Chetibh, sine Keri in marg.

10. Chetibh ישיב in textu seruatum, sine Keri in marg.

16. היא vt in impr. sine Keri in marg.

26. אלהים omiss. sed manu seriori add.

27. הצמת sine ה paragog. vt in Cod. 18. Bibl. Reg. *Paris.* et Cod. 32. *Sorbon.*

Pro ממך leg. עמך, sed non punctat. in marg. vero ממך.

28. יהוה, quod etiam omittunt LXX. *Syr. Ar.* et *Aeth.* desideratur.

LXXIV. 4. מועדיך pluraliter, vt in Cod. 18. Bibl. Reg. *Paris.* et Cod. 32. *Sorbon.* Ita *Targ.* et *Lutherus.* FRANC. HARE ad h. l. p. 417. scribit: *Iod excidisse opinor, vt saepe alias in nominibus pluralibus, et legendum* מועדיך, *cum non de vno conventus loco sed de omnibus agi videatur. Vid. v. 8. In periodis quidem proxime sequentibus vnus locus, sc. templum Psaltae animo obuersari videtur; sed cum dicatur* פתוחיה *in foeminino genere, id non ad* מועד *referri possit, sed ad aliud vocabulum, quod non exprimitur, necessario referendum; quod forte* עיר, vrbs, *fuit.* Kimhi *annotante* Muisio מלכה, opus, *subaudit. De templo certe non diserta mentio facta est ante peridum 7. Nec vsquam, quod sciam, templum* מועד *dicitur.*

Non negauerim tamen Scriptorem in iis quae proxime ſequuntur templum praecipue in animo habuiſſe. In hac tamen periodo de iis quae poſtea dicuntur מועדי־אל *videtur agi.*

Pſ.LXXIV.5. pro קרדמות leg. בקרדמות, ſed ב non punctat. et ה a punctat. ſuperſcr.

7. pro שלחו *miſerunt*, leg. חללו *profanarunt*; ſed non punct. In marg. שלחו.

11. Chetibh חוקך *decreti tui*, in textu ſeruatum, vt in Cod. 18. Bibl. Reg. *Pariſ.* Sed ו mut. in י, ſine Keri in marg. Et ſic habet Cod. 32. *Sorbon.* *Syrus* ita: *in medio feſtiuitatis tuae.*

19. pro חית leg. חיות, et praef. ו a punct. add. quod exprimunt *Syrus* et *Vulg.*

21. ועני cum praef. ו, ſed non punctat.

LXXV.6. pro בצואר leg. בצאור literis tranſpoſitis, ſed correct.

Pro עתק leg. סלה, ſed non punctat. in marg. vero עתק.

LXXVII.1. pro ידיתון leg. ידתון, cum nota marg. ידיתון כת ידותון ק.

12. pro אזכיר leg. אזכר, vt in Cod. 32. *Sorbon.* Sed י ſuperſcr. cum nota ק׳ י׳.

פלאיך pluraliter, melius, vt habent *Targum*, LXX. *Symmachus*, *Syr. Ar.* et *Vulg.*

13. ובעלילתך ſingulariter, melius.

19. pro רגזה *commota eſt*, leg. ראתה *vidit.*

20. ושבילך in textu, vt in Cod. 18. Bibl. Reg. *Pariſ.* Cod. 32. *Sorbon.* et Pſalt. *Potkenii*; ſed י plurale ſuperſcr. cum nota יתיר י׳.

21. pro נחות leg. נחית.

LXXVIII.4. pro ועזוזו leg. ועזוזו.

12. פלא omiſſ. ſed in marg. add.

Pſ.

Pſ.LXXVIII. 12. בארץ non punctat.

15. בתהמות per ב loco כ, vt in Pſalt. *Potken.* et edit. *Menaſſ. ben Iſr.*

28. pro מחנהו leg. מחנה, ſed ו a punct. ſuperſcr.

34. pro הרגם alia vox ſcripta erat, quoad duas priores literas, quae eraſae ſunt, diuerſa: manus vero longe recentior in marg. poſuit הרגם.

38. והוא maiuſcule ſcriptum, ſuperimpoſito circello Maſorethico, quo fortaſſis indigitare voluit librarius medium Pſalmorum verſiculum; quamuis in impreſſis ad v. 36. addita ſit nota חצי הספר.

48. לברד *grandine*, vt in impr. ſed a punctat. corr. in לַדֶּבֶר *peſte*, vt habet *Symmachus.* Alia vero manu in marg. add. לברד.

60. pro שלו leg. שלה.

63. הֻלָּלוּ per Kibbutz vt in Cod. 18. et 48. Bibl. Reg. *Pariſ.* Cod. 32. *Sorbon.* edit. *Gerſ.* et Pſalt. *Potken.*

72. pro כתם leg. בתם, vt in Cod. 18. Bibl. Reg. *Pariſ.* et Cod. 32. *Sorbon.* Ita omnes Verſ. in Polygl.

LXXIX. 9. ישעינו pluraliter.

10. pro יאמרו הגוים *dicent gentes*, leg. יאמר בגוים *dicetur in gentibus:* vt exprimunt LXX. *Ar. Aeth.* et *Vulg.* ſed manu ſeriori correctum. בגוים in textu, ſine Keri in marg. vt in Cod. 32. *Sorbon.* edit. *Gerſon.* et Pſalt. *Potken.* Keri etiam in Cod. 48. Bibl. Reg. *Pariſ.* in textu extitit ante correct.

LXXX. 3. לפני *ante faciem*, vt in impr. ſed פ mutat. in ב,

 vt

vt ſenſus ſit: *filiis Ephraimi, Beniamini et Manaſſe excita virtutem.*

Pſ.LXXX.15. נבט משמים וראה non punctata.

LXXXI.2. עִזכר per Kübbutz, vt in Cod. 48. Bibl. Reg. *Pariſ.* Cod. 32. *Sorbon.* edit. *Gerſon.* et Pſalt. *Potken.*

4. חגינו pluraliter, vt in Cod. 32. *Sorbon.* Ita *Targ.* et *Syrus.* In Cod. 18. Bibl. Reg. *Pariſ.* eraſum eſt י.

5. ומשפט cum praef. ו, ſed iugulato, quamuis illud exprimant omnes Verſ. ant.

14. וישראל cum praef. ו, ſed non punct. quod legunt *Syrus* et *Arabs.*

LXXXII.3. הצדיקו *iuſtificate*, vt in impr. ſed non punctat. in marg. vero החזיקו *confortate.*

LXXXIII.4. pro ויתיעצו leg. ויתעיצו, ſed praef. ו expunctum et עי mut. in יע.

12. נדיבמו leg. נדיבו, ſed מ ſuperſcr.

LXXXIV.7. pro מַעְיָן leg. מַעְיָן.

LXXXV.2. שבות vt in impr. ſine Keri in marg. ſed ו expunctum.

In fine verſus add. סלה, ſed non punctat.

10. בארצינו pluraliter, vt in Cod. 32. *Sorbon.*

LXXXVI.4. עבדיך pluraliter.

5. pro אדני leg. יהוה. Ita Cod. 32. *Sorbon.* edit. *Bomberg.* 1525. et *Menaſſ. b. Iſr.* item *Targum.*

6. pro בקול leg. לקול. Conſentit *Targum.*

11. דרכיך pluraliter, vt legit *Arabs.*

Pro אהלך *ambulabo*, leg. אהלל *laudabo*; ſed correct. *Symmachus:* ὁδεύσω.

15. pro אדני leg. יהוה, vt in Cod. 32. *Sorbon.* Ita *Targum.*

Pſ.

Pſ. LXXXVI. 17. ויראו vt in impr. ſed praef. ו iugulat.

LXXXVIII. 1. שיר מזמור לבני קרח למנצח על־מחלת vt in impr. etiam punctata; ſed atramento admodum pallido obducta. Totum verſiculum omittit *Syrus*, apud quem ſequens legitur Pſalmi inſcriptio: *de populo qui erat in Babel.*

Pro להימן leg. לאיתן, etiam punctatum; ſed literis Rabbinicis ſuperſcr. להימן. In Cod. 32. *Sorbon.* לאיתן in textu legitur, להימן vero manu poſtera in marg. add. *Arabs* omittit vltima verba משכיל להימן האזרחי.

8. וכל vt in impr. ſed praef. ו non punctat.

13. פלאיך pluraliter, vt habent omnes Verſ. antiquae, excepto *Syro*.

18. poſt כמים aliud ſcriptum erat vocabulum nunc eraſum.

19. pro הִרְחַקְתָּ *procul abegiſti*, leg. הֻרְחַק *procul abactus eſt*. Sed ת a punctat. add.

Pro מחשך *tenebrae ſunt*, leg. מחשך *ſubtractio*, per Sin. Ita legiſſe Iarchivm, qui verba ita exponit: נחדלתי מהם *deſertus ſum ab illis.* Quin et Aben Ezram variae huius lectionis mentionem facere, obſeruat Lvd. Cappellvs *Lib.* 5. *Crit. S. Cap.* 12. *§.* 22. *p.* 381. *Syrus* ita: *notos meos abegiſti a me.*

LXXXIX. 2. לעולם cum praef. ל, quod exprimunt LXX. *Syr. Targ. Ar. Aeth.* et *Vulg.* ſed expuncto. Metrum id poſtulare autumat Franc. Hare ad h. l.

17. in fine additum habet סלה.

18. תרום in textu, ſine Keri in marg. vt in Cod. 18. Bibl. Reg. *Pariſ.*

Pſ.

Pſ. LXXXIX. 18. קרנינו pluraliter, vt in Cod. 32. *Sorbon.* Cod. 18. Bibl. Reg. *Pariſ.* item in Cod. 48. ante correct.

